PSALMUS

CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS.

1. Alleluja.

LAudate Dominum in sanctis ejus: laudate eum in firmamento virtutis ejus.

2. Laudate eum in virtutibus ejus: laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis ejus.

3. Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in Psalterio, & cithara.

4. Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in chordis, & organo.

5. Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis jubilationis; 6. Omnis spiritus laudet Dominum. Alleluja.

TITULUS & ARGUMENTUM.

Alleluja.

Titulus.

QUID titulus importet, docuerunt prius dicta de titulo eodem aliorum Psalmorum. Habet autem hoc peculiare, ac titulo valde consentaneum Psalmus iste, quod singuli versus ejus, & illorum quoque membra verbum habent *laudate*, & Hebraicè est affixo pronomine תהללוהו *hallelhu*, ex quo componitur הללויה *hallelujah*, & qui etiam quantum ad sonum illud simile est. Biennio fere postquam confectus esset hic noster commentarius, sed nondum prælo traditus, incidi in Ludovici seu Luisii ab Aleesar nostri celebrem commentarium in Apocalypsim. In ejus capitis 19. notatione 2. & sequentibus ingeniosè ostendit alluſionem quadruplicis *alleluja* ad viginti Psalmos, quibus *alleluja* pro titulo est, tempè ad 104. 105. 106. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 144. 135. 145. 146. 147. 148. 149. 150. Affignat primum, tribus; secundùm, novem; tertium, duobus; quartum, sex; ita ut secundus ordo sit proportione triplus ad primum; quartus item ad tertium. Cum primo *alleluja* conjunguntur, inquit in dicto capite Apocalypsis salus, & gloria, & virtus Deo, quia vera & justa sunt judicia ejus: est vero argumentum psalmi 104. salus gloria 105. virtus 106. & in eo consentiunt quod gratias agant Deo, quia vera & justa judicia sunt ejus: & sic de aliis quæ persequi longum est: cujusmodi quoque alluſio illorum, *quoniam regnavit Dominus Deus noster*, ad septem quorum tres inchoantur à *Dominus regnavit*: nempe regnavit 92. 96. 98. alii quatuor, videlicet 93. 94. 95. 97. in progressu meminerunt, de regno Dei. Fateor de hoc commentandi genere parum aut fere nihil in expositoribus reperiri: & hoc nomine laudandum pium atque subtile illius auctoris studium. Sed ut

Argument.

pari approbatione ac plausu excipiatur, optandum fortassis potius quam sperandum. Argumentum proinde psalmi adhortatio ardens est ad laudandum Dominum, vario instrumentorum musicorum genere adhibito, propter ipsius amplitudinem immensam, infinitamque potentiam: quam laudari decear ab omni re, quæ spiritum trahat, seu flatum, ac halitum, & ab immateriali præsertim spiritu, tum qui adhuc incluſus tenetur carne; tum qui ab ea liber evolavit; tum qui ab omni conjunctione vel habitudine cum eadem remotus est. Hoc scopus omnium psalmorum, qui תהלים *tehellim*, ideſt *laudes laudationesve* nominantur, ut laudetur Deus in omni vita nostra. Nyſſenus *a*, laudis divinæ celebrationem hic scribit esse, quando sine ullo periculo peccati in omnibus Sanctis complebitur: Hilarius, Auguſtinus, putarus Hieronymus differunt de mystico psalmorum numero centum quinquaginta. Primus, & ultimus docent in prima quinquagesima, sive quinquagena, sive primo quinquagenario contineri nostram regenerationem ad innocentiæ bonum, per baptiſmum, & pœnitentiam: in secundo post judicium, comprehendi fructum innocentiæ; tertium exhortari nos ad æternam gratulationem, laudationemque, post expletam divinæ civitatis ædificationem, & consummatam omnium sanctorum spem. Auguſt. inter alia multa observat quinquagesimum psalmum esse de pœnitentia, centesimum de misericordia, & judicio, illum ultimum de laude Dei in sanctis ejus: quoniam tenditur ad æternam, beatamque vitam, primum peccata noſtra damnando, deinde bene vivendo, ut post condemnatam vitam malam, gestamque bonam mereamur æternam. Affine illud, quod considerant nonnulli *b* circa eos, quos Chriſtus accumbere præcepit secundùm contubernia super viride fœnum in partes per centenos, & quinquagenos, ut multiplicatis panibus, piſcibuſq; reficeret c. Volunt hunc beatæ vitæ typum esse, ac eorum, quæ ad illam conducunt; ita ut accubitus fidem designet, charitatem contubernia, viride fœnum spes; quinquageni eos, qui pœnitentiam faciunt in psalmo quinquagesimo contentam, centeni; qui charitatem habent adversus Deum, & proximum, quæ innuitur centesimo, in quo misericordiam, & judicium cantamus Domino: numerum quinquagesimum supra centesimum, qui est psalmi præsentis, indicare ipsam possessionem beatitudinis, in qua laudatur Dominus in sanctis suis. Eadem de re Petrus Bongus in opere de mysteriis numerorum, & nos ipsi egimus alias, ut & de nonnullis, quæ sunt communia istì psalmo, cum aliquot præcedentibus, & ab Athanaſio notantur scribente ad Marcellinum.

a Nyſſ. 1. in tract. 1. in psal. cap. 9
b Vitalius. col. hom. 23. in Marcum.
b tract. 1. in 3. p. alphab. 78. inter op.
c Marc. 6. 39

Vers. 1.) Laudate Dominum in sanctis ejus, laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Sensus loci.

VIdentur ad litteram invitari, u laudent Dominum illi, qui habitant in cœlesti sanctuario, & in firmiſſimo fortiſſimoq; ejuſdem Domini palatio, ac throno: vel ut id hic etiam faciant homines, propter eximium illud cœlorum opus. Quo modo idem fere nunc dicitur, quod in principio psalmi 148. *Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelſis*, ideſt, aut vos, qui ibi moramini, aut homines in terra degentes, ob adeo egregium opificium Domini. Et commode etiam possent collocatæ, fixæq; in firmamento stellæ intelligi, cum firmamento ipso, ut & laudent Dominum, & laudetur ipſe propter illas. Poſt hunc alius litteralis sensus tolerari utcumq; potest de tepli parte interiore, quam vocabant *sancta sanctorum*, ac totum templum *decet sanctitudo d*, quaſi provocentur Hebræi *extollere manus in sancta, & benedicere Dominum e*: præterea de arca, quæ appellabatur *virtus eorum f*, ut Dominus ibi maximè, quod q; eo in loco peculiari ratione habitare & coli voluerit, laudetur. Quarto *sancta Domini* possunt significare sanctam ipſius, omnique veneratione, cultu, & laude dignam naturam; *firmentum virtutis*, quod eadem natura, vel etiam potentia Domini sit firmiſſima, incorruptibilis, æterna. Tandem *laudate Dominum in Sanctis ejus*, eſt laudare in illis hominibus & Angelis, qui propter sanctitatem inhabitantur ab ipſo *in firmamento in virtutis ejus*, in Eccleſia eormdē sanctorū, in qua laudem Domini esse psalmus prior *g* cantabat: & ornantur virtutibus, gratiæq; muneribus, tamquam ſtellis, & sunt Domini templum, ſedes, thronus: Placet prima opinio Vatablo, Janſenio, Agellio, Bellarmino. Tertia opinio est Lyrani, & Ayguani, licet *firmamenti* nomine cœlum sumant. Quartum tradit Cajetanus quod ſpectat ad sanctitatem Dei, legens videlicet, *laudate Deū in ſanctitate ejus*. Qua lectione posita, Placidus Parmenſis idem dicit. Ultimam plurimi Enarratorum, Græcorum, & Latinorum ſectantur. Saltem de primo membro, ideſt, de ſanctis, & quidem potiſſimum ſanctos homines intelligendo, quos ex hominibus per tam admirabilem vitæ conversationem Angelos Dominus fecerit, ut Græci loquuntur. Chriſoſt. quoque *laudate Dominum in firmamento*, exponit de Angelis, qui ſunt in firmamento. Theodor. autem argumentum hic latere vult: ſi à plantis; & feris, & reptilibus in gratiarum actionem anſam ar ipere juſſi ſumus, (nempe pſalmo 148.) quanto magis juſtum est in ſanctos inſpicere, & horum celebrare Deum? Quis enim, ſubdit, ille, non linguam impelleret ad hymnos canendo ei, qui tantam bonorum copiam hominibus largitus eſt, cum ea, quę beato Paulo accidenter, didicerit, vel divino Petro, vel Joanni, vel aliis Apoſtolis, vel victoribus Martyribus, vel ceteris ſanctis, vel his, qui nunc veritatis atheletæ ſunt?) Arnobius ait, quod *laudamus Dominum in ſanctis ejus*, quando eorum imitamur exempla, ſequimur monita, regulam obtinemus: *in firmamento virtutis ejus*, cum firmum fidei noſtræ agonem oſtendimus; & ſicut ſancti contemperunt pœnas, hoſtes viſibiles, ita nos inviſibilis hoſtis delectationes ingeſtas abjicimus. Hilarius, & putatus Hieronym. Auguſt., Caſſiodor., alii Latini, *laudari Dominum in ſanctis*, dicunt & *in firmamento virtutis DEI*, per anagogem, quando ſancti, omni infirmitate ſublata, & abſorta morte, donantur æternitate, & conſequuntur, ut Nyſſenus *a*, eſt ſcribit τὸ, τὴν τῶ ἀγαθῶ ἄπαυστὶ ἕξιν, *carentiam periculi ex bono decidendi*. Joannes Gerſon tractatu quodam de canticis *b*, docet, vocem iſtam eſſe animæ devotæ, quæ poſt contemplationem, vel meditationem ſurſum directam, & deorſum, per omnia videt quaqua verſum; quoniam pleni ſunt cœli, & terra gloria Domini, tuncque dilatato mentis ore jubilat, exultat, exclamat generaliter ad omnem creaturam. *Laudate Dominum in ſanctis ejus*, & cum Seraphim acclamante illi, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus ſabaoth: pleni ſunt cœli & terra gloria tua*. Deinde exponit ſanctos ejus tres perſonas, quæ ſunt unus DEUS, & Dominus, & unus ſanctus: vel ſancta eſſe ejuſdem DEI nomina ſacratiſſima; vel omnia, quæ ſunt ei ſpecialiore cultu ſacrata: vel ſanctos eſſe omnes ſpiritus, conſummata jam beatitudine, Domino proximos; vel homines exaltatos à terra, quaſique jam ſine terra: (alludit ad ἅγιος, quod quidam nomen derivant, ut ſignificet ἄνω τῶν γῆς, *ſine terra*) qui Chriſti typo trahant omnia ad ſe per contemplationem, dilectionem, & laudem, omnia referendo ad gloriā Conditoris. Adhæc ait, hujuſcemodi animam Deiformem in DEI laudes prorumpentem, *repletam* eſſe à DEO *laude ſuæ*, ſaginatam cibis æternæ ſatietatis, *repletum in bonis deſiderium ejus* d; *labiis exultationis os ipſius laudare* e; *eructare cor* ejus *verbum bonum* f: portare de cella vinaria, regrediendo; aut etiam velle, ut omnes, quod ipſa ſentit, *ſentiant de Domino*, nimirum *in bonitate* g, proterea complacere ſibimet in laude Domini, & congratulari omni collaudanti; ſi non habeat juſſionis in omnibus audaciam, ut laudent, fiduciam accipere cohortationis applauſus, jucunditatis, cum alacritate, tripudio, & exultatione; ſcire ultimam ſuam, & omnium beatitudinem in Domino laude poſitam; ſive in cognitione illius, cum fruitione, & laude; hoc *iter* eſſe, *quo oſtendit* Dominus *ſalutare ſuum*, nempe *ſacrificium laudis*, quod *honorificat eum* h: interim laudem Domini magnū hic prēmium, ac pretium eſſe, eoque majus, ſi gratis fiat. Poſtremo aſſerit, quod in re qualibet DEO ſoli deberur laus, honor, gloria latriæ; ſicut eſt ipſe omnia in omnibus: ita ut merito David alibi canat i, *Omnis terra* (immo omnis creatura) *adoret te, & pſallat tibi, pſalmum dicat nomini tuo, Altiſſime*. Recte de latria dixit. Nam laudari etiam Deus in ſanctis ſuis poteſt, ita ut laudem participent, & adorationem reſpondentem participare ſanctitati, quæ vocari ſolet adoratio duliæ. Quum ſit Deus mirabilis in majeſtate ſua, etiam in ſanctis ſuis glorioſus apparere dignatur, inquit Bernardus *K*, ne ſolus habeat gloriam Bonaventura hoc loco tria dicit eſſe, quæ faciant hominem ſanctum, videlicet victum ſobrium, ſenſum pium, actum juſtum: *firmamentum virtutis* ait convenire triumphantibus, ſive virtutem, & firmitatem l.

Laudate Dominum.) Hieron., *Deum*. Quod nomen extat etiam in quibuſdam codicibus Latinis Bibliorum. Græcè eſt, θεὸς vocabulum proprie ſignificans *DEUM*. Hebraicè אל *el*, quod verti ſolere à LXX. teſtatur hic Hieronymus *l*, per θεὸν, ideſt, DEUM: ab Aquila per ἰσχυρὸν, ideſt, *fortem*. Arabicè tamen etiam hic habetur nomen *Domini*, quod eſt *rab*: & recitat ex Hieron. Tre. vetus, *Dominum*: & in Pſalterio Ambroſiano legitur, *Deum*: nec non in Romano apud Fabrum: quamvis in eo quo nunc utitur Baſilica Vaticana, ſit *Dominum*. Obſervat Scepreus occurrere hic triplex gradu modo *Alleluja*: unum pro ſine pſalmi præcedentis, ſecundùm pro titulo præſentis, tertium pro initio ejuſdem, in quo non eſt הללויה *hallelujah*, ſed הלל אל *hallelel*: ſic vero nituntur notesſcere argumentum trium perſonarum in Deitate. Probabilis ratio, ſi ut nunc ſit in Eccleſia, prior, & hic pſ. continenter, ac ſine interruptione apud Hebræos recitabatur. Illud, quod addit de Chaldaica translatione, mutaret quidem verbum, הללו *hallelu* in שבחי *ſtabbachu*, ſed retinere duo alia *Alleluja*: non eſt verum hac ex parte ſecunda: quoniam ubique habet שבחו אלהא *ſtabbachu el aha*. Quod attinet ad uſum Eccleſiæ in retinendis peregrinis, cujuſmodi eſt *alleluja*, recte Auguſt. *m* profert idem Auctor, cauſſam reddentem tum ſanctiorem auctoritatem antiquitatis, tum quia in aliam linguam transferri commode non poſſunt. Qua de re alias. Dixi in principio poni verbum *laudate*, in ſingulis verſibus pſalmi, immo & in duplici membro ſingulorum: quod quidem tredecies contingit, loquendo de Hebræo הללי *hallelu*, atque computando *alleluja*, quod eſt in titulo, & in fine: quamvis, teſte Genebrardo, non habeant Hebræi primum pro inſcriptione. Toties repetitum id verbum volunt iidem pro ſymbolo, & charactere eſſe totidē proprietatum DEI, quibus gubernat hunc mundum, poſitarum à Moyſe *n*. Poſtremo, etiamſi Ariſtoteles *o* honorem proprie tribui diis contendat, hominibus laudem, DEO vero utrumque rectè tribuitur, & honorandus eſt propter ſe, propter nos, ac beneficia, quæ conſert in nos, laudandus.

In ſanctis ejus.) Hieron. *in ſancto ejus*, Chaldaicè, *in domo ſanctitatis ejus*. Hebræum בקדשו *be Kodſcio*. Vertunt etiam alii, *in ſanctuario*, ſive *ſacrario ejus*; vel *in ſanctitate ejus*: vel *ob ſanctitatem ejus*; ex qua varietate translationum orti ſunt varii ſenſus, quos retuli. Et quidem Hebræa vox accipi poteſt tū adjective, ſi legimus קדשו *Kedaſcio*, à קדוש *Kados*, pro ſancto, ſive loco, ſive perſona, ſive re alia; tum ſubſtantive, ſi legimus, ut nunc legitur, בקדשי *Kodſcio*, pro ſanctitate. Meminit Chryſoſtomus aliſum tranſtuliſſe, *ἐν ἁγιαζομένῳ αὐτοῦ, in ſanctificato ejus*; alium, *ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ, in ſancto ejus*. Primus eſt Aquila, ſecundus Symmachus. Legerunt forſitan LXX. pluraliter בקדשיו *Kodſcio*: collective ſumpſerunt pro pluribus adjective autem vel קדשיו *kedaſciau* in plurali, vel in ſingulari collective, קדשו *Kedaſcio*. Communiorem illam expoſitionem de ſanctis hominibus, expreſſit hoc modo Apollinarius.

Μὶν φατί μοι βασιλῆα, χοροὶ δ' ἅμ' ἕπονται δικαίων.

Celebritate mihi Regem, chori autem ſimul ſequantur juſtorum.

In Deuteronomio *p* ſanctorum millia, quæ apparuerunt cum Domino ſignificant Angelos. Ibi LXX. μυριάδες ἁγίων verterunt, quod eſt nomen proprium *Cades* ſignificans *ſanctum*: & quod ibidem ſequitur, *in dextera ejus ignea lex*, iidem tranſtulerunt, ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, *à dextris ejus Angeli cum eo*. Quaſi μυριάδες ἁγίων & *Angelos*, pro re eadem acceperint. In Exodo *q* *magnificus in ſanctitate*, θαυμαστὸς ἐν ἁγίοις, *glorificatus in ſanctis*, exponi etiam poteſt de Angelis. In epiſtola ad Hebræos *r*, Chriſtus *introiſſe* ſcribitur *in ſanctia*, ideſt in cœlum. Senſum litteraliorem de *ſancto*, ut accipitur pro cœlo, confirmat quod eſt in pſalmo 19. *s Exaudiet illum de cœlo ſancto ſuo*: &, *Mittat tibi auxilium de ſancto* præterea in 67. *t Mirabilis Deus in ſanctis ejus*, ideſt, ut explicat Hieronymus, in ſanctuario ſuo: in 62. *u* ſic, *In ſancto apparui tibi*, hoc eſt, in templo ſancto tuo. Ut autem hoc firmamentum, quod maximè firmum eſt, hoc eſt, immobile. Verum adeo communis illa expoſitio de ſanctis nominibus, ut in iis laudetur, DEUS argumentum probabile ſuppeditat pro ſanctorum invocatione, cui argumento non detrahunt aliæ verſiones. Valentia dies feſtos nominatim colligit.

Laudate eum in firmamento virtutis ejus.) Hieronym. & in Speculo Auguſt., *in fortitudine potentia ejus*. [Quod Trevetus explicat, in factis ejus fortibus, quæ oſtendit educendo Iſrael de Aegypto, & introducendo in terram Chanaan. Alii, *in firmamento fortitudinis*, ſeu *potentiæ ejus*: vel *in extenſione virtutis ejus*, ideſt, ob cœlum, quod argumentum eſt fortitudinis ejus, & in quo relucet magis potentia DEI: & quod, ut ait Ambroſius *u*, divina virtute firmatum eſt: dicitur hoc nomine, ut alibi notat Auguſt. *x*, non propter ſtationem, ſed propter firmitatem. Sic erit hoc membrum repetitio precedentis, ut ſæpe fit in pſalmis, ubi *laudate Dominum in ſanctis*, declaratum eſt de cœlis, aut ſimpliciter, aut metonymicè pro habitatoribus eorū. Hoc ad litteram magis probo, quā ut illud

Cauſa, cur Eccleſia verborum peregrinorum uſum retineat.
m Auct. deſſ. 1. 11. ep. 78 21. 51. in Jean.
n Deut. 34. 5 7
o Ethic. c. 2
p cap. 33. 2
q cap. 15. 11
r cap. 9 12
s verſ. 2. 7
t verſ. 16
u verſ. 3
x 2. hexaem. cap. 5
y ad Gen. ad litter. c. 10

illud quidem membrum pertineat ad Angelos cœlorum incolas, istud ad homines, qui habitent sub firmamento. Minus adhuc placet Cajetanus, qui *extensionem fortitudinis* reddens, aut sic reddenti credens Rabbin, vult secundum rationem laudandi DEUM, esse rerum creationem, conservationemq; ac extensionem divinæ potentiæ esse, illam exire extra se, & quodammodo extendi ad res omnes, creando, & conservando illas. Placidus Parmensis hoc quoque approbat. Sed רקיע *raKiabh* est idemmet nomen, quod in Genesi *a*, etiam appellatur Latinè *firmamentum*. De cælo quoque declarant ex Græcis Chrysostomus, Basilius, Euthymius, Nicephorus. At Apollinarius de firma DEI potentia.

a cap. 36.14 Firmamenti notiones.

Νίκησατέ μετ' εὐσεβοῦς φρονήσεως πεποιθότες ἀλκῇ.
Celebrate eum firmo virtutis fretum robore.

Theodoreto idem placet, sed Symmachi secuto translationem ὑμνήσατε αὐτὸν ἐν στερεώματι δυνάμεως αὐτοῦ, *hymnis celebrate eum in firmamento inexpugnabili ejus*. Addit scholion ex Aquila στράτευμα δυνάμεως αὐτοῦ, *potentiæ ejus*. Utrumq; Chrysost., tacitis nominibus, refert. Theodoretus vero explicat, quia solus DEUS firmum & immortale, & sempiternum habet imperium. Eodem alludit allata Hieronymi translatio; quæ tamen dicto vocabulo Hebræo non ita congruere videtur; ut nec quod in Genesin scribit Basilius *b*, significari exuberantiam roboris, ac virtū. Est hoc ipsum quadrat bene in opus DEI, quod est cœlum. Allegoricè, præter prius dicta, intelligitur laudandus DEUS ob firmissimè stabilitam Ecclesiam, & ob expansam virtutis, ac potentiæ suæ gloriam per mundum universum. Nec illa prorsus rejicendas de Maria Virgine allegoria, ut velut è regione sanctorum reliquorum, in quibus laudari DEUS debeat, illa ponatur, in qua, & propter quam fit maximè laudandus. Est enim animatū cœlum, ut loquitur Damascenus *c*, omnium aliorum sanctorum ornata meritis tamquam astrorum luminibus, & in eo, quasi cœlesti throno habitavit plenitudo divinitatis corporaliter, nimirum Christus, hujusque anima intra utrum vidit essentiā DEI, & ipsa tanta firmitate hæsit DEO, ut nullum umquam, vel contraxerit peccatum, vel patraverit. *Firmamenti* nationes alias mysticas omitto. Si pro Christo accipiamus, ut Gregorius *d* facit est sane quod supra sanctos omnes laudetur DEUS in hoc tantæ virtutis firmamento. Possunt, ait ille *e*, *firmamenti* nomine cœlestes potestates intelligi; & potest *firmamenti* nomine incarnatus Unigenitus, per hoc quod in eū natura nostra ad æternitatem firmata est, designari. Si firmamentum scriptura sancta est, ut alibi traditur ab Augustino *f*, meretur laudem DEUS maximam non tantum pro sanctis, idest, sacramentis aliisque gratiæ muneribus verum etiam pro hoc firmamento, quod usque in sæculū sæculi superpopulos extenditur. Si cum Arnobio *g* firmamentum crux est; qui nescit, quam magna laude digna sit, cum omnis ad nos inde victoria, triumphus, gloria provenerit? Jansonius *firmamentum* accipit pro firmo proposito prædestinationis. Nam firmum fundamentum DEI stat, habens signaculum hoc; *Cognovit Dominus, qui sunt ejus* h. Valentia sumit pro Collegio Apostolorū super quos firmavit Christus, & fundavit Ecclesiam, & qui hanc firmarunt miraculis, doctrinis, exemplis; item Ecclesiam ipsam, ubi virtutes prædicantur, & sacramenta celebrantur in quibus virtus Christi continetur: & quæ est *columna, & firmamentum veritatis* l.

b hom. 1.

Allegoria.

c Or. 2. de assumpt.

d homil. 6. in Ezech. c. hem. 8

e in Psal. 28

f l. 13. confess. cap. 15

g in Psal. 28

h 2. Tim. 2. 19

l ep 38. 3. 15

Vers. 2.) Laudate eum in virtutibus ejus, laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis ejus.

Sensus loci.

LAudandi DEUM alia causa juxta probabilem unā præcedentis versus expositionem, propter virtutes ejus, idest, opera fortia, atque fortitudinem, & potentiam ipsius ostendentia, cum priore versu dictum sit, laudem ei deberi propter ipsam naturæ excellentiam, & laudetur, quantum fieri maximè potest, prout exigit adeo magnus, & multarum perfectionum Deus, atque excellens magnitudo illius. Nam *secundùm nomen Dei, sic & laus ejus* debet esse *K*: *Magnus Dominus est, & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus est finis* l. Opera DEI fortia Cajetanus attendi vult; quantū ad ipsāmet, ut sunt opera magnæ potentiæ, quemadmodum cœlestia, mutationes regnorum; & quantum ad modum, qualia opera miracu-

K ps. 47. 11
l psal. 144. 3

Aiosa. Multitudinem magnitudinis, ait, innuere modum laudandi, ut scilicet non fit unus tantum, sed multiplex; atq; propterea per multa instrumenta musica laudetur, quæ hic tātim enumerantur, cum nempe tanta sit multitudo effectuum magnæ potentiæ DEI. Lyrani, Ayguanni, Rickelii expositio fere eadē, de affectibus jam factis à DEO, & quos adhuc facere potest: atque de laudando DEO incomprehensibili, ac *nimis laudabili*, quantū possumus *m*. Mysticè Bruno virtutum habitus, qui perseverabunt in beatis, intelligit: etiamsi non omnium actus exercebuntur: quod ipse ait, affectiones manere, quam vis non maneant effectus, exceptis fide ac spe, quę evacuabuntru Multitudinē magnitudinis interpretatur secundùm respectum multiplicis magnitudinis, qua DEUS sanctos in futuro magnificabit, ita ut admoneamur, quemadmodū eos multum magnificabit, sic Deum multum laudare. Pampolitanus explicat de virtutibus, per quas Deus ad immortalitatis, & impassibilitatis gaudia sanctos perducit; & de multitudine magnitudinis, quia illos multos numero fecit, & magnos merito ostendit. Remigius primū refert ad virtutes beatorum in anima: secundùm ad multiplicē primum refert ad virtutes beatorum in anima; secundū ad multiplicem glorificationē in corpore, quantū ad agilitatem decorem, impassibilitatem, & alia. Haimo applicat primum CHRISTO, tradituro regnum DEO Patri; alterum, ut quemadmodum DEI magnitudo est finē, ita laudetur à sanctis in patria sine fine. Eadem fere ratio de justis in hac vita, ut laudetur Deus in virtutibus, quas secundùm dictum virtutis suæ firmamentum, nimirum prædestinationis, fecit, ut illi exercerent; præterea secundùm multitudinem magnitudinis quatenus multipliciter se magnum præbet in eorumdem vocatione, justificatione, conversione, glorificatione. Rickelius præter expositionem de magnis, & potentibus effectibus in gratiā sanctorum, ut exaltentur in judicio, in patria, in corpore in anima, *laudari Deum in virtutibus* exponit in angelis: ac secundùm quod est magnus in seipso, suis operibus, & attributis, quantum possumus, humiliter, ac reverenter cognoscendo non satis id præstare non posse. Valentia idem habet de virtutibus angelicis. Augustin. Cassiodor & Hugo virtutes, sive potestatus, ob quos laudādus est Deus, vel Christus, dicunt esse; quoniam subjecit omnia sub pedibus suis, *omne genu sibi flecti* fecit *n*, secundùm magnitudinis vero multitudinem, ut infinities laudetur sine fine. Putatur Hieron. cōsiderat, quod CHRISTUS mortem immortalitate potentialiter consumens, incommutabilis vitæ tribuat gloriā, & mutifario honore distinctas cœlestium corporum deputet mansiones. Gregorius *o* tractans verba Job *p*, qui facit magna, & inscrutabilia, & mirabilia, quorum non est numerus, nempe magna virtute, inscrutabilia ratione, innumerabilia multiplicitate; consentaneè litteralem sensum scribit, quod tunc divinæ fortitudinis facta verius explemus, cùm hęc nos explere non posse cognoscimus; tunc facundius loquimur, cùm ab his obstupescendo, reticemus. Ad narranda quippe DEI opera habet defectus noster, quam sufficienter exerat linguam suam, ut quæ comprehendere idoneè non valet, hæc idoneè mutus laudet. Deinde recitans præsentem locum, subjicit, laudat, qui se succumbere in ejus laudis expletione confidērat. Hoc ipsum alibi non semel observavimus, & diserte Leo *q* Papa tradit. Arnobius autē sic scribit ad versus Gentiles *r*. Unus est hominis intellectus de Dei natura certissimus, si scias nihil de illo posse Dmortali oratione depromi. Nazianzenus *s* negat DEUM esse καταλητὸν mente comprehensibilem, quia comprehensio hæc ostenderet DEUM circumscriptum. Nyssenus *t* savet anagogico sensui de statu beatorum, docens, quod principatus, seu virtutes δυνάμεις DEI, ostendunt naturā non fore amplius dominationi peccati obnoxiam quando humana natura de cetero secundùm multitudinem magnitudinis ejus laudem instituet, non jam parvum, & exile quod resonans, sed πυεῦμα τῆς μεγαλοφωνίας ἀπὸ πάλπιγγος, *vocis magnitudine tubam exaquans*. Hoc indicant verba sequentia.

m psal. 47. 2
Eccl. 43. 32
33
Sensus mysticus.

n Thil. 2.

o 9. moral. 6. vel 10
p cap. 5. 9

q Serm. 28 de pass. ferm. 9
Natiu. 1 lib. 3 cat. 3

r traff. 1
s Orat. 28

Laudate eum in virtutibus ejus.) Hieron., & August. in speculo; *in fortitudinibus ejus*: Aliter *in potentiis potestatibus, potentatibus*. Ultimum est in Psalterio Romano, apudque Cassiodorum, & meminit August. hoc loco. Significantur opera potentiæ DEI, fortissimaque facta ejus ipsāmet omnipotentia circa quævis opera, propter quam laudari debeat Deus. *Salvavit eos*, canitur alibi u, *propter nomen suum*; *ut notatam faceret potentiā suam*

u psal. 105

Id va-

Id valent hoc loco גבורות *ghevuroth*, & μεγαλεῖα, non autem vel virtutes morales, vel angelorum certos ordines, exercitusve omnium, qui dicuntur alio nomine צבאות *tsevaoth*, & δυνάμεις nomine tum communi angelis omnibus, quatenus virtus est media inter essentiam, & operationem: tum proprio eorum cuidam ordini secundū quod importat excessum quemdam virtutis: ut docet Dctor *a* Angelicus post Dionysium *b*. Eadem vocabula, ipsorumque notio eadem in psalmo 150. *in potentatibus factis tuis* in 20. *d cum sublimus*, & *psallemus virtutes tuas* in 89. *e* in potentatibus octoginta anni: *potentias* quoque reddit Interpres in 105. *f quis loquetur potentias Domini?* Idem Interpres δυνάστης, qui & Latinè quandoque *Dynasta* dicitur, exponit *potentem* in Evangelio Lucæ *g*, in ejusdem libro actuum Apostolorum *h*, & in prima ad Timotheum *i* Pauli epistola. Priore versu pro virtutis nomine est aliud Hebræum גבורה *ghbor*, & Græcum δύναμις, hocque pluraliter non raro pro angelis usurpatur: Chaldæa quoque translatio, Arabica, Æthiopica, Illyrica diversis utuntur vocabulis hic, & priore versu, Apollinarius, ἀκοσμοῦντα σθένεσι ελατῶν δυνάμεων, explicat Apollinarius de crebris operibus magnificis,

a 1. p. q. 108. a. 5. ad 1.
b Cœlest. hierar. c. 8 c. 7
d vers. 2.
e vers. 10
f vers. 13
g cap. 1. 52
h cap. 8. 27
i cap. 6. 15

Μέμνασθε μεγαλεῖον τυπισθέντα ἐν ἔργοις.
Celebrate eum magnificatum crebris in operibus.

Multiplicavit Deus magnificentiam suam k: *magnitudinis ejus non est finis, sapientiæ ejus cum magna virtute ejus, non est numerus* l, de ipso comprehendi dumtaxat potest quod sit incomprehensibilis: laudari tamen debet secundum hanc infinitatem, non pro æqualitate, quæ nobis impossibilis est, sed pro portione, ac viribus nostra. Verum hæc de re dictum satis alias, & quo pacto nonnumquam dicatur exempli causa, *magna multitudo* m. Bonaventura magnum Deum considerat secundum omnes dimensiones longitudinis per æternitatem: latitudinis per charitatem: altitudinis, per majestatem: profunditatis, per sapientiam: nos etiam habere longitudinem perseverando: latitudinem, diligendo inimicos: altitudinem, si soliciti simus; profunditatem, si timorati, & humiles;

K ps. 47. 11
Ps. 146. 5
ps. 30. 20 Deus magnus super omnes dimensiones.

l Ps. 144. 3

m 1. Cor. 9. 7

Vers. 3.) Laudate eum in sono tubæ, laudate eum in Psalterio, & cithara,

Sensus loci.

TAntarum virtutum Deus, & infinitā potentia maximus non uno laudari modo duntaxat debet, nec voce sola, & carmine; sed etiam concentu, & harmonia musicorum instrumentorum; quorum hic duo genera recenetur, deinceps alia sex, de quibus seorsim agendum, si quid occurret præterea, quæ de nonnullis eorum jam alibi dicta sunt. Hoc universe Chrysostomus, & alii cum ipso Græci monent, quemadmodum Judæi per omnia instrumenta (quorum iis usum permissum vult propter eorum imbecillitatem, qua de re alibi diximus, & hoc loco agit Genebrardus satis copiosè) ita nobis præcipi Deum laudare per omnia membra, per oculos, linguam, aures, manus, *exhibendo corpora nostra hostiam viventem, sanctam, Deo beneplacentem, rationabilem cultum, obsequiumve* n. Laudat enim oculus, inquit, quando non intuetur impudice: lingua, quando psallit: auris, quando improbas cantilenas, & accusationem proximi non suscipit: mens, quando dolos non struit, fed scatet charitate: pedes, quando non curtunt in vitium, sed ad res bene gerendas: manus quando non furta, & rapinas, nec ad pulsandum, & verberandum, sed ad eleemosynam & eos defendendos, quibus sit injuria, extenduntur. Tunc enim fit homo numerosa cithara; numerosam quamdam modulationem Deo offerens. Octo istis instrumentorum generibus (si chorus unum est, & non potius canentium coetus, qua de causa Rickelius numerat septem duntaxat) diversæ juxta mysticum sensum de-

a Rom. 12. 1

n Tubæ denotant sciptio.

gatis hostibus, victores tuba canere solent. Id sibi tuba illa velle potest præ via judicio, atque ad illud ad vocans, de qua Paulus *a*. Quo spectat Isidori Pelusiotæ *b* sententia, hoc esse Dominum laudare in memoria resurrectionis, quæ tuba fiet. Hoc enim prior dixerat Clemens Alexandrinus *c*. Pampolitanus, *laudari*, ait Deum à sanctis *in sono tubæ*, secundum quod contra fatanam legitimè certaverunt, & fortiter vicerunt, Remigius, ac Ayguanus nihil fere discrepant, docentes victoriam innui, quoniam in principio belli, & in fine tuba canitur. Idem insinuat credidus Hieronymus, & quod *contreveris Dominus fatanam sub pedibus* * sanctorum. Nec alludit Nyssenus *d*, explicans vocis magnitudinem, quæ tuba. n exæquet, nempe in beatitudine, propter eximiam lætitiam. Gerson *f* videtur fere omnia complecti. Affirmat laudari Dominum in sono & clangore tubæ ab illo, cujus affectus, quamvis ex carne nascatur, fortis est, ut cornu, non lubricus, aut effluens: & si de ductibili tuba loquamur, qui sit ductilis idest, suasibilis imitator sapientiæ, quæ *desursum est*; sit bonis consentiens *g*; sit noa immanis vus propriis opinionibus, pertinax in illis, sit ad fines, sub fine Deo, utique varios, accommodus. Nam tuba clangit nunc ad denunciationem solemnitatum: nunc ad congressionem bellorum: nunc ad legis promulgationem, vel auditum; nunc ad cœtus convocationem; nunc pro neomenia; nonnumquam ad operationem miraculorum, ut in dejectione Jericho: rursus ad evangelizandum, quemadmodum Bartholomæi Apostoli vax vehemens fuisse fertur quasi tuba; denique ad judicium. Addere potuit ad funera nobiliora; Quandoque ad fontium supplicia. Qua de re auctores, quos antea nominavi, lege, quoique idem proferunt. Mysticas notiones jam dictas, & his affines persequitur Auctor sylvæ allegoriarum; & in thesauro scripturarum *h*, Joannes Ferdinandes noster, & qui de festo tubarum *i* apud Hebræos disputant, ut item de nostris Ribera *k*: Erat vero in memoriam illius beneficii, quo Deus liberaverat Isaac, ne à Patre immolaretur, & arietem pro eo substituerat ad sacrificium: typusque erat id festum vel admonitio tacita legis intra memoriam condendæ, atque lætitiæ de Gentium conversione, ut Origenes *l*, Radulphus *m*, & alii exponunt. Quiddam ut cumque simile censeri potest Romanorum armilustrum, de quo Festus, festum vocans, quo res divinas armati faciebant, ac inter sacrificandum tubis canebant. Id Varro, & Ovidius *n* nominat tubilustrum, quod eo die sacrorum tubæ lustrarentur. Calpurnius in eclogis, Suidas, Artemidorus, sacram tubam appellant. De mysteriis tubæ Ambrosius *o* multa disserit ex occasione tubæ, quæ prænuncibit resurrectionis tempus. Monet, quid sibi velit ejus significatio, omni nos virtute debere advertere, ne quasi fabulam aniliter accipiamus, ne videamur barbari, tubam audientes, aut loquentes *p*. Prædicationem inter alia designari docet, ac in voce illius laudari Deum, non exigua de virtute illius, & vilia sentiendo.

Laudate eum in Psalterio.) Chaldaicè pluraliter בְּנְבָלִין *benivlin*, ex singulari Hebræo נֵבֶל *nevel*, quod hic habetur, & Latinitate quoque donatum vocant *nablum*, de quo alibi dixi. Vertunt alii, *chelim*, *nablum*, *violam*, *fides*. Sed hæ à chordis non differunt, quæ postea exprimuntur. Egimus alibi de hoc instrumento litteraliter, ac mysticè. Valentia porro hic, & in prologo *q*, poncus esse instrumentum quadrangulare, altera parte longius, chordis decem constans, docet, per id legem Evangelicam denotari, scriptam à quatuor Evangelistis, quorum duo dici possunt majores de visu, Matthæus, & Joannes; duo minores de auditu, Marcus & Lucas: decem chordas esse mysteria totidem legis Evangelicæ, nempe Trinitatis, incarnationis, nativitatisque, prædicationis, miraculorum, mortis, & passionis; resurrectionis, ascensionis; missionis Spiritus sancti, cum Sacramentorum institutione, (quæ separatim poni potest, non numerato mysterio Trinitatis, ted iis tantum, quæ propriè ad Christum spectant) vocationis Gentilium, ac totius Ecclesiæ, futuræ glorificationis, præcedente judicio. Rursus, ait, convenire idem decachordum Psalterium legi Evangelicæ, propter Decalogum, postremo beatitudini, ob illius decem fructus, & gaudia visionis Dei, dilectionis, fruitionis, immortalitatis, claritatis, subtilitatis, agilitatis, summæ delectationis, latietatis, securitatis. Hucto Victorinus *r* accommodat ad contemplationem divinam, in qua tota legis, accommodat ad Decalogo, series consumatur. De eodem instrumento Gerson, sic philologophatur, ad aptans id etiam contemplationi, victoriosque, descendatque ad acutiores, habeat cordulas argenteas, vel ex electro, quasi tinnientes, pectoi jungatur, & formam cordis gerat, instar fenti, quemadmodum & alia fere instrumenta ad pyramidalem figuram tendentia, ut moneamur in omnibus habere cor turtum ad Dominum. Clemens Alexandrinus *s*, & Pelusiot *u*, jungentes Psalterio citharam, in his laudari Dominum interpretatur per linguam, utique Spiritu sancto, tamquam plectro quodam percutia.

Et cithara.) *Citharas* numero plurali exstitit Paraphrastes, כִּנּוֹרִין *chinnerin*, cujus singulare est כִּנּוֹר *chinnor* Hebræorum & Græcum κιθάρα: pro Hebræo autem nomine in priore psalmo *x* erat כִּנּוֹר *chinnor*, Latinè *Psalterium*, ubi Hieronymus reddidit quoque *citharam*. Confunduntur nomina, ut ibidem monui: quoniam, teste etiam Philosophoy, plures sunt res, quam nomina: ut idcirco nominum ignaros falli sæpe necesse sit, quemadmodum in supputando illos, qui calculos ignorant. Non admodum probo *cithara* nomen ab Arabico *alkitharah* Citharæ etymon, B ortum habere; quæ est Scepræi opinio. Potius Arabes mutuari videntur à Græcis, qui nominis etymon etiam tradunt, παρὰ τὸ κιθεῖν, κεῖσθαι ὑρᾶσθαι, *quod amores concieat*; De cithara porro mysticè, ac litteraliter alias actum. Hieronymi commentarius, & Rickelius laudari ait in Psalterio, & cithara Dominum, si Decalogum legis impleveris, & mortificata carne vixeris secundum spiritum: Arnobius, si idem Catholicam tenueris, & lignum Crucis amplexus fueris: Haimo, Hugoque Victorinus *z*, (hic lex cordas citharæ affignat, declarans de sex operibus misericordiæ apud Matthæum *a*) si contemplationem cum actione adhibueris: Gerson, quem præcitavi, si contemplationi pœnitentiam adjunxeris, quia pariter lonandi modo à superiore, ac inferiore parte discrepant, & Psalterii cordulæ sunt argenteæ, vel ex electro: citharæ ex intestinis animalium: oportet autem, ut pœnitens ascendat à convalle plorationis, & corpus torqueat, extenuetque adobediendum citharizanti spiritui: denique, ut conjungat garritui philomelæ, fuipiritum turturis, exultationi tremorem: Remigius, & Bruno, si animæ glorificationem consideraveris, quæ erit secundum perfectam scientiam, & plenam Dei cognitionem, atque corporis glorificationem; quoniam Psalterium à superiore parte, cithara sonat ab inferiore: Pampolitanus, si divina mandata, & consilia impleveris, temporalia ista contemseris: Hugo Cardinalis, si Deum laudaveris, quod fecerit te summum: quia Psalterium à summo reddit sonum, et si eumdem, ut iponium, qui te honoraverit, atque ab imis liberaverit; quoniam cithara ab imo sonat, Clemens Alexandrinus, & Pelusiota, paullo ante nominati si laudem, quæ lingua fiat, oreque, usurpaveris: Augustinus, ob illud discrimen pultandi à parte superiore, & inferiore, si Deum laudaveris, qui fecit cœlum, & terram, superiora, & inferiora. Contule præterea hæc, & alibi à nobis dicta, quæ colliguntur etiam ab Auctore Sylvæ allegoriarum, de cithara pro Corpore Christi, laboribus, cruceque ipsius, pro corpore nostro, tolerantia tribulationum, pectore, anima, voluntate D devoto, recto operatione, ac virtute, verbo prædicationis consolante, & similius. Berchorius quoque in Repertorio *b* morali distinguit citharam inaniter gloriantium, salubriter lamentantium, vocaliter prædicantium, virtualiter exultantium, supernaturaliter triumphantium. Non indignus lectu Auctor.

Vers. 4.) Laudate eum in tympano, & choro, laudate eum in chordis, & organo.

HÆc sunt alia, vel instrumenta per se distincta, vel vocum: sive cantorum, concinentium cœtus, & instrumentorum genera in unum concentum conveuentia, tympanum, & organum videntur absque controversia esse diversa instrumenta musica; de choro ambigi potest, ac de chordis. Etsi vero de tympano, & choro dictum sit in psalmo præcedente *e*, adhuc attingentur pauca alia, & paullo plura de chordis, & organo.

Laudate eum in tympano.) Plurali numero Chaldaicè, בְּתֻפִּין *bethuphin*, à singulari etiam Hebræo תֹּף *thoph*. Præter ea, quæ dixi priore psalmo, occurrit quærere, an tympani utium Romani veteres agnoverint. Videtur affirmare

mare Dionysius Halicarnesseus *a*, in classibus describendis sub Servio Tullio recensies duas centurias σαλπιστῶν, καὶ συμπανιστῶν, *tubicinum*, & *tympaniſtarum*, & qui aliis quibuldam organis, instrumentivle sonoris ad bella vocabant. Negant de Romana militia Scriptores boni Lipsius *b*. Valtrinusque *c* noster. Ac prior quidem irrepsisse, in Dionysium tympaniſtarum putat nomen; quoniam dicta idem tua colligens, mentionem faciat nullam de tympaniſtis. Ratio communis utrique, quoniam & meminit nemo præterea, & apud Romanos tympana erant in convitio, ut eodem illo præcedente psalmo vidimus. Usitasse tympana in bello Indos testis Curtius *d*, & alius apud Suidam; Menander historicus Abaros, quos alii vocant Hunnos; Plutarchus *e*, & Appianus: sed Indici tympani formam Suidas describit, ut effet ex palmæ stipite, cui tintinnabula ex orichalco introrsus adaptabantur, & os deinde vasi taurino corio occludebatur, atque id in altum ferebatur, concutiebaturque in acie. Idem propemodum tradit Plutarchus *f* de Parthico tympano. Augustinus, putatus Hieronymus, Remigius, Rickelius, Hugo Cardinalis, Ayguanus traditum priore psalmo mysticum repetunt sensum, laudari Dominum in tympano, quum jam in carne mutata, nulla est terrenæ corruptionis infirmitas, sive pro dono beatæ immortalitatis, quia de corio fit tympanum exsiccato, atque firmato. Eodem pertinet laus ex eo, quod, ut ait Bruno, removentur Dei beneficio carnales voluptates, quemadmodum tympanum superindutum est corio à carne separato, & ab omni humore superfluo exsiccato. Hanc Pampolitanus vocat diseretam carnis mortificationem. Haimo peculiariter Martyres intelligit, qui maxime mortificari fuerunt. Arnobius quoslibet etiam in hac vita, qui tympanum corporis sui optimis decorant exemplis, in conversatione reddenda, sive in choro positi. Eremitas quidam *h* accipit, ut, quod notavimus, per tubæ sonum Prædicatores: Cœnobitas contemplativos per Psalterium; per citharam illos, qui passiones, tamquam spiritum Saulis malum, sedant, & expellunt. Clemens Alexandrinus *k* tympanum cum choro interpretatur Ecclesiam, quæ meditatur carnis resurrectionem in pelle resonante. Pelusiota *l* carnem cum animo, à quo tamquam chori preces ad Deum transeant. Gregorius *m* abstinentiam cum concordia, ut memimus psalmo præcedente *n*. Quod Hugo Victorinus *o* videtur transcripsisse. Efaiam *p* citans, qui Deum reprehendentem illos inducit, in quibus inveniuntur, quum jejunant, voluntas propria, & jejunant ad lites, & contentiones. Rursum Ayguanus desiguari vult eos, qui bona temporalia indigentibus amore Dei distribuunt. Gerson *q* distinguens tympanum obtusioris soni, & aliud acutioris, applicat ad timorem humiliantem, & spem sublevantem, ut *Domino misericordiam, & judicium cantemus*: denique tympanum in genere sumit pro mortificatione concupiscentiæ carnalis per abstinentiam & jejunia, cum choro fraternæ charitatis, & convictus honesti, sine querela, quæ dissonantium operetur. Nyssenus indicat eamdem tropologiam; ut videlicet deponens anima πᾶν ὃ γεῶδες τε καὶ χοϊκὸν, καὶ ἀνάδον, omne terrenum, & mutum, vocisque expers, in tympanorum μεγαλοφωνίας, magnifico cantu conjungat μιᾶς ὡραίας χορείας τῶν ἐν ἴσον χορδῶν τὴν ἦχον, cœlestibus choris propriarum chordarum sonum. Petrus Damiani *s* ait in tympano veraciter laudari Dominum ab eo, qui confectum jejunio corpus per disciplinam verberat, quia tympanum est pellis arida.

Et choro.) Dictum satis in psalmo præcedente de choro, qui dicitur hic, sicut ibi χορὸς. & מָחוֹל *machol*. Proximè vero hic ante dixi, à Nysseno de cœlestibus choris, sive choreis exponi. Id putatus quoque docet Hieronymus, nempe laudandum Dominum, quod choris Angelicis nos societ, atque illis, ut Rickelius ait, pares faciat: præterea quod, ut Remigius, conformem beatitudinem cum illis habeamus: item, ut Pampolitanus, ut sit concordia cœlestium, & terrestrium, & laudes nostræ Angelicis associentur, quemadmodum petimus in præfatione Missæ. Communior est ista expositio de cœtu canentium, quam de certo musici generis instrumento. Quod indicat præterea communis illa tropologia de concordis, pacataque societate, & consonantia vocum, atque cordium: per quam laudatur maxime Dominus: vel ut Deo agantur gratiæ: quod sibi nos Christus tamquam verus mediator pacificaverit: vel ut mutuis nos vivamus bonis exemplis, ut innuit Arnobius. Dicebant etiam in præcedente membro, à Clemente Alexandrino sumtum *chorum* pro Ecclesia; à Pelusiota pro anima. Hujus fortsitan ratio, propter adeo varias potentias, quas inter se concordes oportet esse, atque cum carne illam rationi subigendo, concordiam efficere *t*. Qui pacifici appellantur à Christo, atque *filiorum Dei* propterea nomine digni habentur *x*, cententur singulari quadam ratione laudare Dominum in choro, nec injuria choragi cognominari possunt, adeoque jucundæ symphoniæ præfecti. Gerson *u* præferens opinioni de choro, quod sit oblongum instrumentum instat trabis, & vocum, habens chordas craffiores multo magis, quam cithara, duas, aut tres, quæ baculis percussæ varium reddant rudem sonum illam communiorem sententiam de cohorte canentium simul in modum coronæ, mysticum quoque sensum pro concordia sequitur. Subjicit vero mentionem de symphonia perinde, ac de distincto instrumento musico; sed ad rem nostram non facit.

Laudate eum in chordis.] Græcè etiam *ἐν χορδαῖς*. Quod autem Hebraicè extat, בְּמִנִּים *bemminim*, quod nomen hoc tantum loco reperitur, quidam synonyme reddunt, *in fidibus*. Felix, & Cajetanus retinent Hebræam vocem, dicendo esse musicum instrumentum incognitum apud nos. Titelmanus, Genebrardus, & alii, ut etiam refert idem Cajetanus, putant juxta vim linguæ Hebrææ, in qua id nomen significat species, denotari aliquod instrumentum ex multis quasi compositum, quod contineret multas harmoniæ species, & in quo resonarent multa instrumentorum genera, ut contingit in organis, quæ nunc sic vocamus. Hugo Cardinalis, Ayguanus, Prosper Cassiodorus, Lyranus, Trevetus, volunt universe omnia musica instrumenta, quæ chordam, vel ex ære, vel ex intestinis, (ex his, non ex illo, si attendas vim Græcæ, ac Latinæ vocis, ut dicam) aut numero, aut impulsu sonant, hoc nomine comprehendi. Favet Augustinus, dicens, quod chordas habet, & Psalterium, & citharam, quæ superius commemorata sunt; & alia præterea instrumenta. Idem docet Gerson *x*. Sic per antithesim respondeterent chordæ choro in priore membro, ut accipitur pro cœtu concinentium. Tandem tamen Augustinus indicat hic significari certum aliquod organum, sive instrumentum quod chordas habet. Chaldæum nomen hic est הַרְבִּיעִין *harduvelin*, in eodice Nebiensis הַרְדְּבִלִין *hardvelin*; in aliis *ardablin*: vel *ardablin*. Johannes Drusius *y* hæreticus contendit scribendum *hurdablin*, esseque Græcorum *hydraulin*, cujus fistulæ ab aqua flatum accipiunt; & repertor illius fuit Ctesibius, teste Clemente Alexandrino, quem citat Petrus *z*. Victorius, describitur à Vitruvio, & Athenæo *a*, & ab Ammiano *b*, vocatur *organum hydraulicum*. Obstat, quoniam videtur sermo Davidi esse de instrumentis, quæ usitari possent, ac solerent in templo: ibi autem non poterat ita commode usurpari ab aqua flatum accipiens instrumentum. Denique nomen Chaldæum non reperi, qui aliter exponeret, quam chordas, sed organum vocatum הַרְדְּבוֹלוֹם *hardolom*, quod fortassis Drusum fefellit. Video nonnullos accipere pro instrumentis, quæ Itali vocant *regali*, *& gravicimbali*. Apud eosdem *chordæ* nominantur aliter, *minuggie*: quod ultimum vocabulum non longe abest ab Hebræo *minnim*. Sunt χορδαὶ & Latinitate donatæ *chordæ*, intestina præsertim craffiora: sæpius autem fides ex intestinis contortis, & arefactis, quæ intentæ serviunt variis musicis instrumentis. Appellat Homerus χορδὰς ὑὸς ὑστέρας ὑγιερὸς εἰδὼς bene contortum intestinum ovis: ex hujus enim imo imis animalis intestino fit hujusmodi chorda, fidelve. Posset videri concordia, quæ alioquin à corde eodem est, à chorda derivari, si aspirate scriberetur; nam σύγχορδα *consonum* significat; quod ad concordiam referri etiam solet. Cassiodorus in quadam epistola *c* chordam appellatam exsistimat, quod facile corda moveat. Terum χορδὴ nomen Græcum est, ac Latinè scribitur cum aspiratione *chorda*, Haimo, & Bruno, laudem Domini chordis ajunt esse illorum, qui seipsos attenuant affligendo per jejunia, vigilias, & aliis modis, & ad Deum se semper extendunt, nihil facientes pro favore, sed omnia amore Dei, & operibus suis dulcem & jucundam proferunt Deo cantilenam, dulcissimumque melos puræ conscientiæ, & corporeæ glorificationis. Creditus Hieronymus, vim faciens in materia ipsa chordarum, scribit hic significari eos, qui per ciborum abstinentiam retortis visceribus, concupiscentisque evictis carnalibus, digni inventr sunt regno Dei, ad concinendas divinas laudes. Remigius docet per *chordas* idem innui, quod antea per *tympanum*, nempe separationem omnium carnalium, sed in concordia. Quasi illudat ad paronomasiam saltem quan-

quantum ad sonum, inter *chordas*, & *concordiam*, ita ut A hæc sit, tamquam *concordia*, ut prius dicebam: Pamphilitanus explicat de carne à corruptione libera, & demisteria in gloriam mutata, & spiritui omnino subjecta. Arnobius fila integra in cithara nostra quum exercentur integra, laudari Dominum dicens; Insinuat, opinor, integrum tenorem animi facultatum, vel integritatem quoque castitati, Rickelius declarat de virtutum consonantiis, in longitudi. e quoque, latitudine, & profunditate charitatis. Hugo Victorinus *a*, chordis ait designari virtutes, ut chordarum extensio sit virtutum exercitatio, sonus earumdem, utilitas virtutum: in his chordis Deum laudent, quicumque recte vivendo sanctis virtutibus cum honorant; illorum chordæ concorditer sonent, quorum virtutes ad proferendam laudabilem justitiam uniformiter concordant: illas virtutes clare sonum reddere, quæ ab omni humiditate siccatæ sunt, & quas vitiorum fluxa non humectant; quemadmodum chordæ minime sonant, nisi tangantur, sic virtutes nequaquam clarescere, nisi prius adversantibus exerceantur: sicut sonus chordarum roboratur, & formatur ex propinqua B tui ﬠבובא *abbuva*, sive *abbuba*. In libro Sapientiæ *q* organum dixit interpres, quum sit Græcè ψαλτήριον. Inde repetas ex commentario nostro, quæ dixi, & de generali notione *organi* pro quovis instrumento musico, & de peculiari, quod follibus inflatur, deque inventione illius: & quod Amalarius *r* putet, non esse organum in hoc psalmo id, quod solemus isto nunc vocabulo appellare. Transcripsit ille Augustini commentarium circa præsentem locum: ubi docet, quod *organum* generale nomen est omnium vasorum musicorum; quamvis jam obtinuerit consuetudo, ut *organa* proprie dicantur ea, quæ inflanter follibus: sed hoc genus non videri hic significatum, quia cùm *organum* vocabulum Græcum sit generale omnibus musicis instrumentis, hoc, cui folles adhibentur, alio Græci nomine appellant. Ut autem *organum* dicatur, magis Latina & ea usitata est, & vulgaris consuetudo. Cassiodorus vulgari hoc vocabulo nomine instrumentum describit, quasi turrim quamdam diversis fistulis fabricatam, quibus flatu follium vox copiosissima destinatur: & ut eam moderatio decora componat: linguis quibusdam lingnis ab interiore parte construitur, quas disciplinabiliter magistrorum digiti reprimentes grandinosam efficiunt, & suavissimam cantilenam. Euthymius, & Nicephorus testantur suo tempore nomine τῶν ὀργάνων intellectum quoddam instrumentum ἕνεκα τοῦ πολλοὺς ἡχεῖν, sic proprie ac specifice appellatum. Forsitan ab excellentia. Nam apud profanos quoque Scriptores generalis acceptio pro instrumento musico est in usu tum Græcè, tum Latinè. Organicos item Lucretius *t* dixit, qui musicis organis canunt. Citat ex auctore Græco Agellius, qui asserat, quod γένος ἀνδρῶν συνηλικιωτῶν ἐπὶ τὴν ἀλλήλων μισοπονηρίαν ἐθάσθη, Remigius, Haimo, Bruno, Hugo Cardinalis, & alii posteriores circa organi constructionem ex fistulis conveniunt, necnon Isidorus *u*, (qui Augustini verbis utitur, quamvis quum non citet) Gregorius *w*. Hugo Victorinus *x*, Gerson *y*. Arnobius idem innuit per calamellos, qui sonos mellifluos exhibeant. Antiquiores Vitalliano Papa sunt Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Isidorus, Cassiodorus, idem ille, qui tribuitur à nonnullis, ut retuli in eodem commentario libri Sapientiæ. Hieronymus autem alius, Dardano scribens de diversis generibus musicorum instrumentorum, ait hanc fuisse organi formam. De duabus elephantorum pellibus concavum conjungitur, & per duodecim fabrorum sufflatoria comprensantur: per quindecim cicutas æreas in sonitum nimium, quem in modum tonitrui concitat: ita ut per mille passuum spatia sine dubio sensibiliter utique, & amplius audiatur. Sic apud Hebræos de organis, quæ ab Jerusalem usque ad montem Oliveti, & amplius sonitu comprobatur. Hoc nunc non comprobamus experimento. Qui sumunt organum generice, atque illo fere modo, quo aliqui sumebant chordas, generalitatem divinæ laudis etiam in præsenti vita interpretantur. Sic Rickelius, Augustinus agnoscit in organo, ut in chordis diversitatem concordissimam beatorum, & differentias consonantes, & consentientes. Remigius, Bruno; Haimo, Pampolitanus, Valentia, Ayguanus diversa sanctorum dona, & merita, quæ concorditer, & sine invidia possidentur, propter inflationem per gratiam à sacramentis hic infusam, ut Ayguanus loquitur, Deoque delectabilia sunt per modum symphoniæ concordis, & dulcissimæ, vel præmium in cœlo, ob concordiam, quam hic viventes habuerunt inter se, & inter corpus proprium, animamque. Arnobius pudicitiam, quam continentiæ calamellis ab omni rubigine peccati mundantes, Deo, inquit, sonos mellifluos exhibemus. Hugo Victorinus *a*, attendit in follibus perfectiones Doctores spirituali doctrina repletos: in organo audientium discipulorum cœtum, per illos repleri istos, ut per suos sensus, & membra, vel virtutes, & opera, laudem Deo dicant: ut sic *in doctrinis gloriscetur Dominus b*: in turrita organi forma considerat discipulorum turbam esse debere fortem, & sublimem ad resistendum inimicis. Gregorius *c*, item per *organum* vult sanctam prædicationem designari, quia per fistulas sonat. Quidam *d* recentior *laudare Dominum in organo* dicit eos, qui suavi flatu pias correctiones, reprehensiones, adhortationesque in proximos habent, & fibilo aurae tenuis corripiunt. Tandem antea memini Clementem Alexandrinum *e*, & Pelusiotam *f*, *organi* nomine corpus nostrum accipere, *chordas* autem nervos ejusdem, quasi spiritu pulsa. Philologhi, Medicique ὄργανον vocant in corpore animato partem, quæ potest edere operationem perfectam, ut sunt instrumenta sensuum, præterea pedes, manus, testes, venter, cor, jecur, pulmo, thorax, cerebrum: item arteriæ, musculi, nervi, venæ, aliæ similares partes,

---

Vers. 5.) Laudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis.

Sensus loci. HOc est ultimum instrumentum ex iis, quæ in isto psalmo, & Psalterio toto recensentur, in quibus laudari debeat Dominus; nempe cymbala, quorum sonus longe ac late diffunditur, quum per se, ac sonare tum etiam, quando festiva conjungitur aliorum acclamatio, sive jubilatio. Sed agendum seorsum de his diligentius tametsi nunc quando propter justitiam Filii Dei silent cymbala, campanæque *g*, ista scribamus.

Laudate eum in cymbalis bene sonantibus.) Græcè ἐν ψαλμοῖς ἠχοῦσι. Hieronymus simpliciter, ac sine illo adverbio, *sonantibus*. Dicetes proprie, quod habetur Hebraica, בצלצלי שמע *botsitsselei sciamahh*, *in cymbalis audituri, auditionis ve*, ideit, quæ bene audiantur, quæ sint sonora, & canora, obstrepera, vocalia, quæ auditum longe ferant. Chaldaice, *in cymbalis, quæ audire faciant solum ipsa*, ideit, quæ audiantur sola, & non adjuncta vociferatione aliorum. Id non satis commode redditum videtur Latinè in Regius Bibliis, aut à Nebiense, *laudate eum in cymbalis tantummodo ψαλμοῦσι sonantibus*: siquidem pronomen pluriale est: aeque hoc modo se habent Chaldæa צלילי רמשמיעין לבלחודיהון שברו יהה בצל *sciabbacha jatheh bet, tsiselin deme shmiin leuitehodeuon*. Pro *cymbalis* Campensis vertit, *tarantara*: quæ vox non ita congruit cymbalis, sed tubis. Videtur nomen ταραβάλαν, & *cymbalorum*, onomatopoeicum à sono, quemadmodum & צלצל *tsiltsal*, sive צלצל *tsiltsal*, pronomine, similique צלצל *tsrlatsal*, significatur quoque *locusta*, vel *cicada*, quorum strepitum edit cymbali more. Apud Esaiam *e* præterea *cymbalum alarum* Interpres dixit צלצל כנפים *tsiltsal chenaphaim*, id-est, vanum potentium exercitus Regis Ægypti: quoniam alis denotatur exercitus, & cymbalo tinnienti, ut etiam loquitur Apostolus *b*, id, quod vanum est, ac inane. Usum cymbalorum in sacris litteræ lactæ testantur locis pluribus *i*: atque tintinnabulorum *k*, quæ appellantur כעמנים *paahamonim*, à percussione, & שמע *sama ad vocandum vel ut*, quod citat cantum, & ab illis parum differunt, & aliis nominibus vocantur petasi, nolæ, campanæ, lebetes, æra, seu æramenta, squillæ, crotali, crepitacula, sive crepitacilla, cloeæ, signa; acetabula. De toto hoc argumento edidit opusculum Hieronymus Magus sub vocabulo *tintinnabulorum*: & post illum Angelus Rocca, quem de campanis inscripsit: præterea Gulielmus Durandus *l*, & Joannes Stephanus Durantus *m*, cum aliis, quos citant, maxime Amalarione, & Ruperto *n*. Primi duo differunt de prima inventione, ac de usu prophano, sive gentilitio, & laico convocandi ad thermas, indicendum mercatum, ad

triumphum, supplicium, funus, excubias, privatas in ædibus evocationes, sacra gentilitia, distinguendas horas. Tractant etiam de usu Ecclesiastico multiplici, nec non de benedictione, sive consecratione campanarum; de musico earumdem concentu. Usus Ecclesiastici hoc distichon comprehenduntur in Extravag. de offic. custod. cap. 1. & apud Gerson. *p*, qui cymbala iumit pro campanis.

Laudo Deum verum, plebem voco, congrego clerum,
Defunctos ploro, nimbum, fugo, festaque honoro, vel
fasta decoro,

Atque his plura numerantur in Concilio Colonienſi *q*, & in ordine, ac Pontificali Romano. Quidquid autem sit, an primus, qui campanam, nolamque mysteriis Ecclesiasticis destinaverit, Paulinus Nolæ in Campania fuerit (Sabinianum Papam, qui Gregorio successit, eumdem usum amplificasse tradunt *r*) certe nec ex ipsis nominibus satis probatur, cum nolæ nomen in hac significatione Quintilianus *s*, usurpet, nec ex regula Monachorum *t*, quæ Hieronymo tribuitur, falso namque tribuitur: quo tamen argumento aliqui *u*, eam comprobant antiquitatem. Cymbalum porro pro campana sumi suadet ipsum ejus etymon, quasi dicatur κυμβαλον απο τῆς κύμβης, à cavo recessu, & velut ollæ fundo, atque quod sit conchæ capitis, summæ galeæ partis, verticis cassidis persimile, quem vocant κύμβαχον, petaso etiam, quod unum ex campanæ nominibus esse dixi. Festivum *x* campanarum usum Meletianis quoque hæreticis fuisse scribit Theodoretus *x*, quas numero magno appensas funi moverent cum plausu manuum, saltatione, hymnoque cantu. Prodit Apollodorus *y*, hieraphantam Proserpinæ in sacris ejus pultare solitum tintinnabulum: Lucianus *z*, Sacerdotem deæ Syriæ: ex januis, & fastigio templorum pependisse Robortellus *a*: de adhibitis ad sacra Cybeles cymbalis plurimi ex Poetis. Præter alios; tametsi confundatur nonnum quam cum tympanis, cymbis, crotalis. Sed constat æra cava cymbala fuisse, ac rotunda, ut ex herbæ coryledonis formæ colligit Scribonius Largus apud Turnebum *b*. Inter lugubria signa mœstitiæ de Redemtore mortuo Ecclesia silentium campanis imponit per triduum ante celebritatem resurrectionis ejusdem, utque repræsentet siluisse tunc tristes Apostolos *c*. Interdicti quoque tempore nefas est pulsu campanarum signum dare celebrandorum officiorum, à quibus cessatur, clandunturque Ecclesiæ. Præter duo ænigmata, quæ de tintinnabulo Angelus Rocca recitat ex Nicolao Reusnero, & Francisco Suverto, aliud antiquioris Auctoris est, cui nomen Symposio.

Ære rigens curvo, patulæ compos or in orbe:
Mobilis est intus lingua crepitantis imago,
Non resonat positus, motus quoque sæpe resultat.

Juxta mysticum sensum Augustinus exponit cymbala esse labia nostra, & quemadmodum ut cymbala bene sonent, se invicem tangunt, sic in his laudari Deum, dum quisque honoratur à proximo suo, non à seipso; & invicem honorantes dant laudem Deo. Cassiodorus idem sequitur de labiis comparatis cum cymbalis, verum ut musice laudent Deum; & cymbala bene tinnientia, quæ sequenti membro vocantur *jubilationis*, vult esse ex permixtis metallis pravissimas phialas compositas, ventriculo sua in lateribus habentes, quæ artificiosa modulatione collisæ, acutissimum sonum delectabili consolatione restituunt. Utrumque habent Hugo Cardinalis, & Ayguanus, & primum Rickelius, nimirum de labiis oris, & chordis, quibus devote laudetur Deus à beatis. *Laudamus*, ait Arnobius, *in cymbalis bene sonantibus*, & bene tinnientibus, quando labia nostra ad bonam persuasionem, & spiritualem explanationem aptamus. Remigius explicat *in cymbalis bene sonantibus*, fulgorem, & pulchritudinem corporis sanctorum: *in cymbalis jubilationis*, quod sancti ex ipsa pulchritudine corporum suorum Deum perfecte laudabunt. Idius Bruno similitudinis vim in eo docet esse, quod cymbala ex electro, auricalco nitidi sint coloris, & sancti in carne nitidi dulcem cantum rectæ concupiscentiæ Deo proferent, & bonæ devotionis, atque jubilo intensæ affectionis sine

Jampridem Syrus in Tiberim deflexit Orontes
Et linguam, & mores, & cum tibicine chordas
Obliquas, nec non gentilia tympana secum
Vexit, & ad circum jussas prostare puellas.

Torrentius dum enarraret eumdem Suetonii, opinionem de Baiis secutus est; postea in Horatii commentario præponit aliam *ab ambiendi* verbo. Arabes vocant *anbub*, canam, vel canalem, seu infundibulum, quo liquores, aut in vasa infunduntur, aut ex eisdem extrahuntur: Eodem nomine appellat instrumentum musicum, inserendo dem Litteram N. Quicquid sit de ambubaiis, redditur Hebræum vocabulum ﬠנב *bhugau* ter alibi *l organum*. Pro *tibia*, quæ Hebraicè est חליל *chalil*, ponitur à Paraphraste Chaldæo אבובא *abbuva*, sive *abbuba* in libro primo Regum *m*: & in Job *n* pro *organo* item in Genesi *o*, licet in Job Græcè sit ψαλτήριον in libro Regum ὄλυρα, in Genesi κιθάρα. In Syra quoque translatione primæ ad Corinthios epistolæ *p* pro nomine Græco ἄυλοῦ & latino *tibiæ* habetur ﬠובא *abbuva*, sive *abbuba*. In libro Sapientiæ *q* organum dixit interpres, quum sit Græcè ψαλτήριον. Inde repetas ex commentario nostro, quæ dixi, & de generali notione *organi* pro quovis instrumento musico, & de peculiari, quod follibus inflatur, deque inventione illius: & quod Amalarius *r* putet, non esse organum in hoc psalmo id, quod solemus isto nunc vocabulo appellare. Transcripsit ille Augustini commentarium circa præsentem locum: ubi docet, quod *organum* generale nomen est omnium vasorum musicorum; quamvis jam obtinuerit consuetudo, ut *organa* proprie dicantur ea, quæ inflanter follibus: sed hoc genus non videri hic significatum, quia cùm *organum* vocabulum Græcum sit generale omnibus musicis instrumentis, hoc, cui folles adhibentur, alio Græci nomine appellant. Ut autem *organum* dicatur, magis Latina & ea usitata est, & vulgaris consuetudo. Cassiodorus vulgari hoc vocabulo nomine instrumentum describit, quasi turrim quamdam diversis fistulis fabricatam, quibus flatu follium vox copiosissima destinatur: & ut eam moderatio decora componat: linguis quibusdam lingnis ab interiore parte construitur, quas disciplinabiliter magistrorum digiti reprimentes grandinosam efficiunt, & suavissimam cantilenam. Euthymius, & Nicephorus testantur suo tempore nomine τῶν ὀργάνων intellectum quoddam instrumentum ἕνεκα τοῦ πολλοὺς ἡχεῖν, sic proprie ac specifice appellatum. Forsitan ab excellentia. Nam apud profanos quoque Scriptores generalis acceptio pro instrumento musico est in usu tum Græcè, tum Latinè. Organicos item Lucretius *t* dixit, qui musicis organis canunt. Citat ex auctore Græco Agellius, qui asserat, quod γένος ἀνδρῶν συνηλικιωτῶν ἐπὶ τὴν ἀλλήλων μισοπονηρίαν ἐθάσθη, Remigius, Haimo, Bruno, Hugo Cardinalis, & alii posteriores circa organi construction ex fistulis conveniunt, necnon Isidorus *u*, (qui Augustini verbis utitur, quamvis quum non citet) Gregorius *w*. Hugo Victorinus *x*, Gerson *y*. Arnobius idem innuit per calamellos, qui sonos mellifluos exhibeant. Antiquiores Vitalliano Papa sunt Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Isidorus, Cassiodorus, idem ille, qui tribuitur à nonnullis, ut retuli in eodem commentario libri Sapientiæ. Hieronymus autem alius, Dardano scribens de diversis generibus musicorum instrumentorum, ait hanc fuisse organi formam. De duabus elephantorum pellibus concavum conjungitur, & per duodecim fabrorum sufflatoria comprensantur: per quindecim cicutas æreas in sonitum nimium, quem in modum tonitrui concitat: ita ut per mille passuum spatia sine dubio sensibiliter utique, & amplius audiatur. Sic apud Hebræos de organis, quæ ab Jerusalem usque ad montem Oliveti, & amplius sonitu comprobatur. Hoc nunc non comprobamus experimento. Qui sumunt organum generice, atque illo fere modo, quo aliqui sumebant chordas, generalitatem divinæ laudis etiam in præsenti vita interpretantur. Sic Rickelius, Augustinus agnoscit in organo, ut in chordis diversitatem concordissimam beatorum, & differentias consonantes, & consentientes. Remigius, Bruno; Haimo, Pampolitanus, Valentia, Ayguanus diversa sanctorum dona, & merita, quæ concorditer, & sine invidia possidentur, propter inflationem per gratiam à sacramentis hic infusam, ut Ayguanus loquitur, Deoque delectabilia sunt per modum symphoniæ concordis, & dulcissimæ, vel præmium in cœlo, ob concordiam, quam hic viventes habuerunt inter se, & inter corpus proprium, animamque. Arnobius pudicitiam, quam continentiæ calamellis ab omni rubigine peccati mundantes, Deo, inquit, sonos mellifluos exhibemus. Hugo Victorinus *a*, attendit in follibus perfectiones Doctores spirituali doctrina repletos: in organo audientium discipulorum cœtum, per illos repleri istos, ut per suos sensus, & membra, vel virtutes, & opera, laudem Deo dicant: ut sic *in doctrinis gloriscetur Dominus b*: in turrita organi forma considerat discipulorum turbam esse debere fortem, & sublimem ad resistendum inimicis. Gregorius *c*, item per *organum* vult sanctam prædicationem designari, quia per fistulas sonat. Quidam *d* recentior *laudare Dominum in organo* dicit eos, qui suavi flatu pias correctiones, reprehensiones, adhortationesque in proximos habent, & fibilo aurae tenuis corripiunt. Tandem antea memini Clementem Alexandrinum *e*, & Pelusiotam *f*, *organi* nomine corpus nostrum accipere, *chordas* autem nervos ejusdem, quasi spiritu pulsa. Philologhi, Medicique ὄργανον vocant in corpore animato partem, quæ potest edere operationem perfectam, ut sunt instrumenta sensuum, præterea pedes, manus, testes, venter, cor, jecur, pulmo, thorax, cerebrum: item arteriæ, musculi, nervi, venæ, aliæ similares partes,

---

Vers. 5.) Laudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis.

Sensus loci. HOc est ultimum instrumentum ex iis, quæ in isto psalmo, & Psalterio toto recensentur, in quibus laudari debeat Dominus; nempe cymbala, quorum sonus longe ac late diffunditur, quum per se, ac sonare tum etiam, quando festiva conjungitur aliorum acclamatio, sive jubilatio. Sed agendum seorsum de his diligentius tametsi nunc quando propter justitiam Filii Dei silent cymbala, campanæque *g*, ista scribamus.

Laudate eum in cymbalis bene sonantibus.) Græcè ἐν ψαλμοῖς ἠχοῦσι. Hieronymus simpliciter, ac sine illo adverbio, *sonantibus*. Dicetes proprie, quod habetur Hebraica, בצלצלי שמע *botsitsselei sciamahh*, *in cymbalis audituri, auditionis ve*, ideit, quæ bene audiantur, quæ sint sonora, & canora, obstrepera, vocalia, quæ auditum longe ferant. Chaldaice, *in cymbalis, quæ audire faciant solum ipsa*, ideit, quæ audiantur sola, & non adjuncta vociferatione aliorum. Id non satis commode redditum videtur Latinè in Regius Bibliis, aut à Nebiense, *laudate eum in cymbalis tantummodo ψαλμοῦσι sonantibus*: siquidem pronomen pluriale est: aeque hoc modo se habent Chaldæa צלילי רמשמיעין לבלחודיהון שברו יהה בצל *sciabbacha jatheh bet, tsiselin deme shmiin leuitehodeuon*. Pro *cymbalis* Campensis vertit, *tarantara*: quæ vox non ita congruit cymbalis, sed tubis. Videtur nomen ταραβάλαν, & *cymbalorum*, onomatopoeicum à sono, quemadmodum & צלצל *tsiltsal*, sive צלצל *tsiltsal*, pronomine, similique צלצל *tsrlatsal*, significatur quoque *locusta*, vel *cicada*, quorum strepitum edit cymbali more. Apud Esaiam *e* præterea *cymbalum alarum* Interpres dixit צלצל כנפים *tsiltsal chenaphaim*, id-est, vanum potentium exercitus Regis Ægypti: quoniam alis denotatur exercitus, & cymbalo tinnienti, ut etiam loquitur Apostolus *b*, id, quod vanum est, ac inane. Usum cymbalorum in sacris litteræ lactæ testantur locis pluribus *i*: atque tintinnabulorum *k*, quæ appellantur כעמנים *paahamonim*, à percussione, & שמע *sama ad vocandum vel ut*, quod citat cantum, & ab illis parum differunt, & aliis nominibus vocantur petasi, nolæ, campanæ, lebetes, æra, seu æramenta, squillæ, crotali, crepitacula, sive crepitacilla, cloeæ, signa; acetabula. De toto hoc argumento edidit opusculum Hieronymus Magus sub vocabulo *tintinnabulorum*: & post illum Angelus Rocca, quem de campanis inscripsit: præterea Gulielmus Durandus *l*, & Joannes Stephanus Durantus *m*, cum aliis, quos citant, maxime Amalarione, & Ruperto *n*. Primi duo differunt de prima inventione, ac de usu prophano, sive gentilitio, & laico convocandi ad thermas, indicendum mercatum, ad

triumphum, supplicium, funus, excubias, privatas in ædibus evocationes, sacra gentilitia, distinguendas horas. Tractant etiam de usu Ecclesiastico multiplici, nec non de benedictione, sive consecratione campanarum; de musico earumdem concentu. Usus Ecclesiastici hoc distichon comprehenduntur in Extravag. de offic. custod. cap. 1. & apud Gerson. *p*, qui cymbala iumit pro campanis.

Laudo Deum verum, plebem voco, congrego clerum,
Defunctos ploro, nimbum, fugo, festaque honoro, vel
fasta decoro,

Atque his plura numerantur in Concilio Colonienſi *q*, & in ordine, ac Pontificali Romano. Quidquid autem sit, an primus, qui campanam, nolamque mysteriis Ecclesiasticis destinaverit, Paulinus Nolæ in Campania fuerit (Sabinianum Papam, qui Gregorio successit, eumdem usum amplificasse tradunt *r*) certe nec ex ipsis nominibus satis probatur, cum nolæ nomen in hac significatione Quintilianus *s*, usurpet, nec ex regula Monachorum *t*, quæ Hieronymo tribuitur, falso namque tribuitur: quo tamen argumento aliqui *u*, eam comprobant antiquitatem. Cymbalum porro pro campana sumi suadet ipsum ejus etymon, quasi dicatur κυμβαλον απο τῆς κύμβης, à cavo recessu, & velut ollæ fundo, atque quod sit conchæ capitis, summæ galeæ partis, verticis cassidis persimile, quem vocant κύμβαχον, petaso etiam, quod unum ex campanæ nominibus esse dixi. Festivum *x* campanarum usum Meletianis quoque hæreticis fuisse scribit Theodoretus *x*, quas numero magno appensas funi moverent cum plausu manuum, saltatione, hymnoque cantu. Prodit Apollodorus *y*, hieraphantam Proserpinæ in sacris ejus pultare solitum tintinnabulum: Lucianus *z*, Sacerdotem deæ Syriæ: ex januis, & fastigio templorum pependisse Robortellus *a*: de adhibitis ad sacra Cybeles cymbalis plurimi ex Poetis. Præter alios; tametsi confundatur nonnum quam cum tympanis, cymbis, crotalis. Sed constat æra cava cymbala fuisse, ac rotunda, ut ex herbæ coryledonis formæ colligit Scribonius Largus apud Turnebum *b*. Inter lugubria signa mœstitiæ de Redemtore mortuo Ecclesia silentium campanis imponit per triduum ante celebritatem resurrectionis ejusdem, utque repræsentet siluisse tunc tristes Apostolos *c*. Interdicti quoque tempore nefas est pulsu campanarum signum dare celebrandorum officiorum, à quibus cessatur, clandunturque Ecclesiæ. Præter duo ænigmata, quæ de tintinnabulo Angelus Rocca recitat ex Nicolao Reusnero, & Francisco Suverto, aliud antiquioris Auctoris est, cui nomen Symposio.

Ære rigens curvo, patulæ compos or in orbe:
Mobilis est intus lingua crepitantis imago,
Non resonat positus, motus quoque sæpe resultat.

Juxta mysticum sensum Augustinus exponit cymbala esse labia nostra, & quemadmodum ut cymbala bene sonent, se invicem tangunt, sic in his laudari Deum, dum quisque honoratur à proximo suo, non à seipso; & invicem honorantes dant laudem Deo. Cassiodorus idem sequitur de labiis comparatis cum cymbalis, verum ut musice laudent Deum; & cymbala bene tinnientia, quæ sequenti membro vocantur *jubilationis*, vult esse ex permixtis metallis pravissimas phialas compositas, ventriculo sua in lateribus habentes, quæ artificiosa modulatione collisæ, acutissimum sonum delectabili consolatione restituunt. Utrumque habent Hugo Cardinalis, & Ayguanus, & primum Rickelius, nimirum de labiis oris, & chordis, quibus devote laudetur Deus à beatis. *Laudamus*, ait Arnobius, *in cymbalis bene sonantibus*, & bene tinnientibus, quando labia nostra ad bonam persuasionem, & spiritualem explanationem aptamus. Remigius explicat *in cymbalis bene sonantibus*, fulgorem, & pulchritudinem corporis sanctorum: *in cymbalis jubilationis*, quod sancti ex ipsa pulchritudine corporum suorum Deum perfecte laudabunt. Idius Bruno similitudinis vim in eo docet esse, quod cymbala ex electro, auricalco nitidi sint coloris, & sancti in carne nitidi dulcem cantum rectæ concupiscentiæ Deo proferent, & bonæ devotionis, atque jubilo intensæ affectionis sine

sine cantabunt, ut sic bene sonant cymbala, tinniunt-que. Haimo declarat, illos, qui se invicem exhortantur, ut bene sonent Deo in vita activa; & per *cymbala jubilationis* eos, qui tantam concipiunt lætitiam, quam non sufficiunt voce exprimere. Hugo Victorinus *a*, cum Augustino, quem tamen minime nominat, per cymbala mutuo tactu sonum reddentia, vicarium significationi dicit honorem, quo se justi invicem præveniunt *b*; & alterutrum monent *c*; per *cymbala jubilationis*, labia nostra, quæ dum se invicem in laudando Deum percutiunt, jubilationis ejus jucunda suaviter promunt: jubilum esse ineffabile gaudium, quod nec taceri potest, nec exprimi valet: ab Ecclesia vero in præcipuis festivitatibus repræsentari circa eamdem syllabam, varias formando melodias. Clemens Alexandrinus *d* oris cymbalum linguam interpretatur, quæ pullatis labris resonat: Pelusiota *e*, labia quorum adminiculo concinnata, & modulata psalmodiæ carmina contexuntur; eodem pacto Damascenus *f*. Gerlong, ait, in concentu cymbalorum, sive campanarum, quas per illa intelligit, nostros interiores affectus eruditi simul, & impelli, cum inæstimabili profusione gaudiorum, sicut cuidam contigisse refert, quando fiebat hujusmodi resonantia celebris jubilationis. Alter Cancellarius Academiæ Parisiensis Philippus Grevæus *g*, cymbala, & campanas bene sonantes interpretatur cordis rugitus, singultus, gemitus, suspiria, planctus, percussiones pectoris, gratiarum actiones post victoriam tentationum, beneficiorum Dei recordationes. Non bene sonantia cymbala vocat mundi strepitus, theatrales plausus, cantus superficiales. Rursus docet, bene sonare ex modo, alte, concorditer, suaviter, ut cogitatio, & affectio sint de æternis; intentio concordet cum voce, affectio cum corgitatione: præterea ex causa, ut quando convocant ad Capitulum, quæ dici possunt campanæ timoris, ut aliquid tractetur, aut judicetur: quando pro mortuorum exequiis, quæ sunt cymbala luctus: quando ad processionem, quæ ipsi: quando ad sequentiam, quæ gaudii. Scribit Nyssenus *i*, cymbalorum sono mentem excitari, ut divinos illos cœtus obeat, & frequentet; atque sic innui naturæ nostræ cum Angelis societatem, quando junctis simul vocibus, dum humana natura ad finem suum pervenerit, gratam illam gratiarum actionis modulationem, mutuo congressu efficient, ac benignitatem Dei super omnes effusam decantabunt. Quare cymbalum unum assignat Angelicæ, alterum humanæ naturæ, peccatum, hanc ab illa separavisse: denuo autem Dei benignitate copulatas hymnum resonaturas, ita ut omnis lingua confiteatur, *cœlestium, terrestrium, & infernorum, Christum esse in gloria Patris* k: & decantent hæc cymbala epinicium, tamquam victoria parta ob communem jam concordiam, abolito, & profligato omni bello, indifferenter ab omni spiritu pari studio, & conatu laus, & hymnus Deo persolvatur, post jubilatum omne peccatum: quia *non est speciosa laus in ore peccatoris*. Martinengo *l*, placet *Laudari Deum in cymbalis bene sonantibus, & jubilationis*, ab his, qui sapientia cœlesti præditi, tanta pollent perfectione, ut rum vitæ activæ, tum contemplativæ munera cumulate absolvant; qui vitæ fulgent probitate, & ad contemplationis jucunditatem aptiogunt, amictuque Pontificio, & Aaronis indui, *tintinnabula, & mala punica* m, simul deferunt, idest, nomen illustre, sanctamque conversationem.

Laudate eum in cymbalis jubilationis.) Hieronymus, *in cymbalis tinnientibus*. In Romano Psalterio, apudque Arnobium, putatum Hieronymum, Cassiodorum, *bene tinnientibus*. Nomen תרועה *theruâhah* reddunt alii *clangorem*, qui ad hilaritatem excitet; publicæque lætitæ serviat: nominatim in triumpho, & læta voce ipsius; nec non in illa, quam vulgo exprimunt per *tarantara*. Græca vox est ἀναλαγμὸς, (pro qua Symmachus utitur homine συγχύσεως, *ingulfcationis*) militibus nitatæ sese cohortantibus ad confligendum. Dixi satis copiose utroque de vocabulo aliis in locis *n*: ubi vocatur hostia vociferationis, & bene psallere Domino admonemur in vociferatione, & jubilate in voce exultationis: & Græcum præsertim, videri onomatopœicum, cui simile in tuba *tarantara*, quod effixit Ennius,

At tuba terribili sonitu taratantara dixit.

Hunc Poetam declarans Hieronymus Columna, recte observat Homerum, teste Plutarcho *o*, nomina prius inaudita ita effinxisse, ut nihil à rebus per ipsa significatis discreparent; præterea de ranis vociferantibus Aristophanem *p*, excogitasse βρεκεκεκὲξ, κοὰξ, κοὰξ: Philoxenum *q*, de cithara βρεττανικὰ, qua voce alius quoque idem Aristophanes *r*. *Cymbala jubilationis* quidam putant esse instrumentorum horum pulsum, cum acclamatione populari. Quod forsan innuit Arabica translatio, quæ post significare cymbala multitudinis. De mysticis cymbalis jubilationis ac de istis cum aliis bene sonantibus, quæ dicta sunt priore membro, sufficiant.

Vers 6.) Omnis spiritus laudet Dominum, Alleluja.

ULtima psalmi, & Psalterii clausula est, ut omnis spiritus laudet Dominum: cui clausulæ annectitur festivum illud vocabulum jam in principio positum, videlicet. *Alleluja*. De omni porro spiritu, qui invitatur ad laudandum Dominum, Bellarminus noster sententias quatuor enumerat; Prima est Augustini de vita spirituali, ut opponitur carni: quoniam *sapere secundum carnem mors est* l: nec bene laudatur Dominus, & oratur, eique psallitur nisi *spiritu & mente* t, atque ab homine spirituali, & qui de Spiritu sancto vivit. Hoc sibi vult Cassiodorus, dicens, hic provocati omnia, ut spiritualiter laudet Dominum: & id, quod est in natura rerum sublimius, cœlestia sapit, æterna præmia concupiscit. Eodem potest revocari, quod ait Bruno, & Remigius, debere omne, quod spirituale est, materiam nobis esse ad laudandum Dominum, scilicet corpora, & animas fidelium, quæ corpora ipse gloriola faciet, & spiritualia secundum immortalitatem, & alias dotes. Præterea sumeado in aliis musicis instrumentis glorificationum corporum: volunt hic eam intelligi, quæ spectat ad animas, ut propter utramque causam laudetur Dominus. Hilarius putatusque Hieronymus idem innuunt, scribentes fore, ut Deum non jam caro laudet, spiritus, quum conformes esse cœperimus gloriæ corporis Dei, & in omnem Dei plenitudinem impleri. Haimo aliter explicat, quum facti fuerimus spirituales, & corpore spirituali, ac subtili. Nec dissentit Arnobius, dicens, quod invitamus, ut omnis spiritus laudet Dominum, quando spiritualia spiritualibus comparantes, nihil concedimus carni, sed omne quidquid est libuerit, totum spiritui mancipantes, spiritualium imitamur exempla. Revocari ad idem potest Jansonii expositio, ut omnis, qui pro ratione mensuræ suæ ullo dono Spiritu sancti præditus est, laudet Dominum, ut ex multarum personis faciemus, ejus, quæ in sanctis est, donationis, per nulos gratiæ agantur pro eis. Psior insinuavit eamdem sententiam Pampolitanus, dicens, moneri nos, ut omne munere spirituali laudetur Dominus in sanctis ejus, qui nonnisi spiritualiter laudandus est. Secunda Chrysostomi, Theodoreti, Basilii, Euthymii, Nicephori, Clementis Alexandrini *u*, & Rabbinorum, ac Genebrardi, de omni humano spiritu, seu de omni homine, sicut cum *omnis caro benedicere* x jubetur *nomini sancto Dei*. Tertia recentiorum nonnullorum, de omni animali. Idem Bellarminus primam negat consentaneam nomini Hebræo נשמה *neschemah*, quod *spiritum* significat, ut opponitur non spiranti, & non viventi. Secundam, quoniam non videtur ad homines restringenda hæc invitatio, quum paullo ante comprehenderit David cum hominibus Angelos, bestias, pecorasque, Solem, Lunam, stellas, ignem, grandinem, ntvem, &c. Tertiam, quia de propriesumta laude loquendo, frustra invitatæ essent bestiæ, de impropriè accepta, non fuerunt excludenda ea, quæ non spirant. Quare quartam tradit de omni re, quæ vivit, sive spirituali omnino vita, qualis est Angelorum, sive animali, cujusmodi est bestiarum, sive utraque, ut hominum, sive metaphorifica, ut rerum ceterarum, quæ Deo vivere dicuntur, quatenus ita leviunt, ac obediunt ipsi, ac si viverent, & sentirent, Creatorisque mandata perciperent; juxta illud, *Regem cui omnia vivunt*, Adde, *Quod factum est, in ipso vita erat* y. Denique sic ait, potius loqui Davidem voluisse, quoniam laudatio ad viventes pertinet, diciturq; alio in psalmo z, quod *non mortui laudant Dominum*: & Ezechias a dixit, quod *vivens confitebitur Domino*: Pia, & probabilis opinio utli-

ultima, cui adjungi potest quinta, pro Angelo, & anima beata, à quibus *in domo Domini habitantibus in sæcula sæculorum laudatur ipse Dominus* a. Hoc modo Lyranus, Ayguanus, Rickelius, Valentia. Hugo attingens priores aliquot opiniones, explicat *omnem* pro toto, idest, perfecto spiritu, ut nimirum perfectio spiritus nostri (de Angelico id item verum est) consistat in Dei laude; quem modum dicitur *hoc esse omnis homo, timere Deum* b. Observat autem convenienti verbo psalmorum librum claudi, ut qui à beatitudine incepit, & ea, quæ ad beatitudinem perducunt, appositi, nunc afferat, quæ perficiant ipsam beatitudinem in patria. Monet eadem de re Gerson c. Nyssenus d intelligit de laude Domini in cœlo ab omni spiritu Angelico, & humano, atque ab hoc quidem, quum fuerit mundatus ab omni peccato. Simul advertit illum ordinem, ut respondeant hæc postrema illis, quæ primo psalmo continentur. Sed prima responderi potest, continere mysticum sensum, sicut ultima metaphoricum amplectitur: pro secunda illam invitationem Angelorum, & aliarum rerum non esse in isto, sed in 148. psalmo: pro tertia, quia metaphorica laudatio magis convenit habentibus vitam animalem, sub qua comprehendi possunt viventia vita plantæ, quam rebus penitus anima carentibus. Mihi secunda maxime placet, si litteralem sensum spectemus, ut nempe omnem hominem intelligamus, qui etiam spiritum, & vitam, & anima præditus est, quæ συνεκδοχικῶς pro toto homine sumitur, ac proinde laudare Dominum potest voce, flatu, pulsu, per chorum, qui cætus canentium dicitur esse, per tubam, & per cetera hic recensita instrumenta. Soli namque homines his uti possunt instrumentis, & in choro cantare, & ab humano spiritu laudandus Dominus peculiariter, quoniam ejus, quem fexandrinus e. Quamvis autem spiritus, & spiratio Græcè πνοὴ vocem, & flatum intelligat, tamen pulsare non valet, nisi spirans, & vivens. Favet etiam Augustinus, præterea notans hæc tria genera sonorum, ac in his designari volens mentem, spiritum, corpus. Trevetus juxta translationem Hieronymi, *Omne, quod sperat, laudet Dominum*, declarat de omni eo, quod habet vocem, vel potest illam formare, ut eamdem proferat in laudem Domini, aut proferre vocem valenti alia cuncta materiam id faciendi præbeant.

Omnis spiritus.) Hieronymus, & in Speculo August., *omne quod sperat*. Hebraicè כל הנשמה *chol hanneschamah*. Quod alii etiam vertunt, *quicquid vivit*, vel *spirat: omnis anhelitus, omnis anima, omnis flatus*. Arbitratur Cajetanus, enumeratis antea fere omnibus generibus instrumentorum musicorum, quæ tactu sonant, unico verbo concludi ea, quæ flatu sonant: & sub flatu contineri naturale quoque instrumentum cantandi, quia vitalis flatus plus servit loquutioni, quam instrumentis musicis. Ac flatu tuba sonat, cantu chorus canit, si canendum cætum significat. Is, qui condidit translationem Latinam ex paraph. si Chaldæa in Biblia Regius, vocem Chaldæam נשמתא *nismotha, mentem* reddit. Certè nonnulli Hebræorum, ut Auctor Thesauri Hebræi notat f, & hoc loco Genebrardus נשמה *neseimah*, volunt præter halitum, flatum, spiritum, animam rei, quæ spiritu vitali, aut etiam animali prædita est, significare specialiter animam rationalem, & τὸν, sive mentem, ut cum nomine שמים *sciamaim*, quod significat cœlos, affinitatem habeat: utpote quod sit de cœlo, quemadmodum mater Machabæorum affirmabat g, veluti cœlestis. Aliud nomen נפש *nephes* attribuunt animæ sensitivæ. Utramque ajunt indicatam ab Apostolo per ζωὴν, καὶ πνοὴν, *vitam, & inspirationem* h: necnon per *animam viventem*, (quæ dictam allusionem Hebræorum vocabulorum indicant) ille *de terra terrenus* i. Eadem videri potest ratio animæ Mariæ, & spiritus ejusdem *magnificantis Dominum, & exultantis in Deo salutari suo* k. Quidam exponunt per dictum nomen Hebræum, & aliarum linguarum duo alia, omnem hominis affectum, desiderium; sermonem, ut cedant in Dei laudem, gloriamque, & *revertatur spiritus ad Deum, qui fecit illum* l, & *det statum populo, qui est super terram, & spiritum calcantibus eam* m; quem etiam aufert cum vult, ab ipsis quoque cum principibus n. De comparatione illorum duorum nominum Hebræorum, quæ prius dixi, simul cum רוח

sanctum Domini, & amplificarent mane sanctitatem A
a Eccl.47.9. 10.11.12. *Dei* a. Quocirca merito ceuseri posset, si non verba certe hymni hujus decantavisse singulorum Psalmorum in fine sententiam: & non à proposito abhorreret in ejusdem explanatione nonnihil operæ ponere. Verum contineo me in proposito ad explicandum Psalterium: qua etiam de caussa, nec ad alia cantica in officio Ecclesiastico usitata tractandum digrediot, quod non recentiores tantum quidam faciunt, sed ex antiquioribus Euthymius, Rickelius, Valentia. Laus debetur Deo, cum suavissimis vocibus *Alleluja*, atque *Gloria Patri*, &c. quod in hac Paschali solemnitate, in qua repetuntur: quem admodum sibi contigisse gratulatur Cajetanus finem, tam longo, & operoso commentario imponere B facere, quæ te inspirante, loqui præsumpsi: dona complere, quæ alios observare commonui, ut qui præstitisti pium sermonem probabilem quoque conferas tuis famulis actionem.

αἶνον ἄγω σοὶ θεὸν ὑπέρτατε ἐν βασιλεῦσι,
ὕμνον ὁ τραλίος πεφνεῖα βίβλον ἄπασαν
Δαυὶδ ἐ πιστὸ πεφιπαλλέϲ ἐκπλυπεῖσαι
δέκτο ἰμὴν παράσχου ἐν αὐράσι ϛόμα γενέδαι.
Laudem age tibi divinam (supreme inter reges
Quoniam diligenter descriptum librum omnem
Davidis prudentis formosi (percelebris) perficere
Dedisti meum infelix inter viros tamen genus.

Placet præterea hoc ex Cassiodori oratione ad Deum inter alia. Quod ex tuo diximus, suscipe: quod ex nobis ignoranter protulimus, parce: & perduc nos ad illam contemplationem, ubi jam non possimus errare. Dona

Finis Quarti & Ultimi Tomi.

RERUM MAGIS INSIGNIUM TAM AD SACRAM SCRIPTURAM,

Quam ad Historiam & Eruditionem in hoc opere requisita pertinentium

INDEX LOCUPLETISSIMUS

Numerus præcedens Literam ad primam Columnam remittit, Littera vero præcedens numerum ad secundam.

A

Aaroni malum quod fecit populus tribuitur & cur pag.16.c
Aaron vitulum conflans de Dei veritate non dubitavit ibid.
Abailardi error negantis filium Dei ut hominem liberaret carnem assumsisse c 40
Abraham per solam fidem justificatum affirmantes rejiciuntur 28.c
an Abraham lætatus de Divitis tormentis quòd crederet in Purgatorio potius quàm in inferno damnatum b 737
Abrahamo petræ nomen tributum c 194
de Ablactandis filiis exemplum 461.d
quamdiu ablactandi incertum 461.d
exempla illorum qui à Bestiis fuerunt ablactati 460.d & leqq.
Absalom nominis ethymologia 612.c
Abyssi nomine qui intelligantur b 720
Acæna vocabatur virga 208.c
Accedia cur Religiosorum propria a 403
Acetum nitro mixtum quid agat 50.b
Accumbendi ad mensam mos antiquior quàm sedendi c 422
Accediæ notio 227.d
Accediam Achilles Abbas sedens in celam cur paretur 328.b
Adam cur malus custos dicatur 65.a
Adæ sacerdotium notatur d 553
Adam omni prælatus est Creaturæ 171.b
Adam ab humo dictus c 394
Adæ peccatum in quo sensu fuerit avaritia c 234
Adæ corpus simul formatum ac anima creata 266.c
Adolescentiæ via periculosa 218.b
Adolescentis quodnam sit bonæ indolis indicium c 276
Advocati natura quare non ita Spiritui Sancto, quàm filio competat 506.d
Adventum Christi antiquos Patres meruisse de congruo qui docebant 5.d
Adulterii crimen & pœna c 434
Adulterii gravitas item & pœna c 30
Adulterium quomodo idololatriæ simile c 33
Adulatio veri affectus venenum est b 594
Adulationis mala 495 a
Æternum est quidquid est incomparabile d 336
Ægyptii per oculatum sceptrum Principes & magistratus hieroglyphicè repræsentabant, alii per Leonem d 372
Ægyptiacæ captivitatis liberatio illustrior Babylonica a 407
Æstumnæ nimiæ deprimunt in barathrum desperationis 403.c
Æmulus æmuli bonum sibi damnum putat a 410
Ægyptiorum Monachorum convenientium ad synaxim admirabile silentium c 532
Afflicti musicis instrumentis recreantur 528.b
Afflicti à molestiis eximi summam ducunt felicitatem c 164
Affinitas servos inter & pueros a 134
Affectus in Deum quandoque carnalis quodammodo est 275.c
Agnus in Paschate immolandus quid designaret a 198
Agnus funibus vinctus, frondibus coronatus cum lætitia affebatur ad sacrificium d 198
Agricolarum vita pœnitentes exprimit 414.c
Agricolationis, & lacrymarum analogia 414.d
Aggæi & Zachariæ nominum notio a 124
Agriculturæ usus apud Principes d 417
Agriculturæ cum bello affinitas 418.a
Ayguani imprebita sententia b 6
Agesilai Regis dictum d 455

Alphabeti, & octonarii numeri ratio redditur a 204
Alexander magnus cur vitiis carere non potuerit 31.c
Alphabetarii Psalmi qui sint 114.a
Alienigenæ qui dici possint b 641
Alauda terra à veteribus antiquior habita b 347
Alapha probrosa, & mancipii propria a 392
Aminadab primum Mare rubrum fuisse ingressum Hebræorum traditio 142.c
Amoris Dei præcipuum signum quale 118.a
Amor magnus quandoque in magnum odium vertitur 34.d
Amor in amante quid exigat 572.a
Amoris, & cordis in elementis litterarum lusus b 158
Ambrosius de justis post sæculi consummationem baptizandis caute legendus c 218
Amicorum Dei calamitates certa mensura definiuntur a 527
Amor cum affectu, absque affectu dulcis, & subductibilis 275.c
Amor Dei sincerus cuilibet consolationi præferendus a 275
Animæ tendentis ad Deum multiplex defectio b 274
Animæ dignitas unde arguatur 714.c
Animam in manibus portare quid sit d 298
Animam cum corpore non mori unde inferatur 299.b
Anima affectibus, corpus locis peregrinatur 367.d
Animæ culpa liberæ in cœlo Deo fruuntur 377.a
Anima sumi potest pro vita c 392
an Anima quæ discedat omni soluta peccato illico ad Beatitudinis locum perveniat a 609
Animæ functorum vita ante adventum Christi ubi fuerint a 756
Animas in Purgatorio existentes de sua salute non esse securas existimantes refutantur b 160
Anima una pretiosior est quàm infinitæ multitudines peccatorum 650.b
de Animarum origine Origenis error 164.a
Animæ mors peccatum d 164
Animam in corporis vincula propter peccata commissa conjectam esse Origenis error b 177
Animarum vilium est probrosè, ac insultanter hostes instigare ut sæviant a 537
Animæ laus 673.c
Animas humanas ad bestias revolvi impia opinio 695.a
Anima quibus modis dilatatur 242.b
Anima verbo Dei & gratia spirituali vivificatur, ut corpus vitali spiritu animatur 246.a
Animas prius factas, quàm corpora Origenis error 265.b
Animarum zelum Deo gratissimum sacrificium 248.b
Animam hominis in cœlo deliquisse & propter delictum humiliatam esse, & in corpore inclusam Origenis error 260.c
Animarum Præpositi, gementes officium præstare debent 415.a
Animarum in Purgatorio existentium clamor 447.d
Animam ante corpus creatam qui male crediderint 448.d
Animæ oculi sunt sensuum judices 457.b
Anima qua virtute maxime roboretur c 544
quomodo cum corpore dici queat gigni ab homine error assentientis animas prius existere quàm corpora refutatur. 435.a 630.d
Angeli tantùm de Deo sciunt quantum Deus illis de se revelare dignatur b 689
Angeli quibus de caussis laudare Deum debeant c 711
inter opera creationis cur de Angelis non meminerit Moyses. 712.b
Angeli custodiæ nostræ destinati vigiles dicti sunt templorum Architecti, & fabricatores c 372 419.c